



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

Liber primus, quadraginta & octo distinctionibus contemplatur Deum, in æternitatis abysso, se, & alia, in se intelligentem, & volentem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

Docilitatem à dicendorum breuitate & ordine.

tentias, appositis eorum testimoniis, vt non sit necesse quærenti librorum numerositatem euoluere, cui breuitas quod quæritur offert sine labore. Vt autem quod quæritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capita distinguuntur præmisimus.

DE OBIECTO
Theologiæ.

DISTINCT. Primæ
CAP. Primum.

Theologia aut de Rebus, aut de
Signis est.

Diuiditur
materia
operis.
Quid Res.
Quid Signum.
Signorum
genus multiplex.

Veteris ac nouæ legis continentia circa res vel signa præcipuè versatur: vt docet August. de Doctr. Christ. Sed res etiam per signa discutuntur. Res autem dicuntur quæ non ad significandum aliquid adhibentur: Signa verò, quorum vsus est in significando. Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis vsus est in significando, non in iustificando, quibus non vtimur nisi aliquid significandi gratia: vt sacramenta legalia: Alia, quæ non solum significant, sed conferunt

Lib. 1.
cap. 2.

quod intus adiuuet, vt Euangelica sacramenta. De his ergo nobis aditum ad res diuinas aliquatenus intelligendas, Deo duce, aperire volentibus, differendum est. Et primum de Rebus, postea de Signis differemus.

CA P. Secundum. Frui & Vti differunt.

Rerum autem (vt ibidem ait Aug.) alia sunt quibus fruendum est, quae nos beatos efficiunt, vt Personarum Trinitas communis omnibus fruentibus.

Alia quibus vtendum, quae nobis adiumento sunt ad vitam beatam consequendam. Aug. Vtendum est hoc modo, non fruendum, vt inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta, conspiciantur. i. vt de temporalibus aeterna capiantur. Et idem alibi: Fruimur cognitis, in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit: Vt mur autem his quae ad aliud referimus quo fruendum est. Vnde Frui est amore alicui inhaerere propter se ipsam. Vti vero est id quod in usum venit referre ad obtinendum illud quo fruendum est, alia Abuti est. Rerum item alia sunt quae fruuntur & vtuntur: vt nos,

Res sunt multipl-
ces.

Quid Frui.
Quid Vti.

Lib.1.
Cap.4.
Ro.1.
Lib.10
de Tri.
Ca.10.

E P I T O M E

Angeli, & Sancti, quasi inter vtrasque constituti.

CAP. Tertium. Homine non est simpliciter fruendum.

CVM autem homines qui fruuntur & vtuntur aliis rebus, res aliquæ sunt, quæritur vtrum se frui debeant, an vti, an vtrūque. Ad quod sic respondet Aug. libr. de Doctr. Christi. Si *Ca. 22.* propter se homo diligendus est, fruimur eo: si propter aliud, vtimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita. Neq; huic cōtrarium videatur quod ad Philemon. ait Apost. Itaque frater ego te fruar in domino: quia addendo in domino, se eo frui significauit: quū enim (vt ait Aug.) *Li. I. de* homine frueris in domino, deo potius *doctri.* quàm homine frueris. *Christ.*

Ca. 33.

CAP. Quartum. Deus non fruitur nobis, nec propriè vtitur.

QUÆRIT Aug. quomodo Deus nos diligit, an vt vtens, an vt fruēs. Et procedit ita: Si fruitur, eget

bono nostro, quod nemo sanus dixerit.
Psal. 15 Ait enim *Psal.* Bonorum nostrorum non
 indiges. Omne enim bonum nostrum
 vel ipse est, vel ab ipso est. Non ergo frui-
 tur nobis. Utitur igitur: aliàs si non frui-
 tur nec utitur, non inuenio quomodo di-
 ligat nos. Utitur igitur nobis, non autem
 ut nos rebus aliis quibus utimur ad dei
 bonitatem perfruendam: sed nobis uti-
 tur, ad suam bonitatem usum nostrum re-
 ferendo. Isque usus quo sic nobis utitur
 deus, ad eius tantummodo bonitatem est:
 non autem ad suam, sed nostram utilitatem.

*CAP. Quintum. Virtutibus non
 est fruendum.*

Quibusdam videtur quod virtuti-
 bus sit utendum, non fruendum:
 quia propter se non sunt aman-
 dae, sed propter aeternam beatitudinem,
Li. 1. de sententiam confirmantes autoritate *Aug.*
doctri. dicentis non fruendum nisi Trinitate.
Christ. Aliis autem contrarium videtur fultis
Cap. 33 autoritate *Ambrosij cap. 5. ad Gal.* Fru-
 ctus autem Spiritus est charitas, gaudium:
 Fructus autem propter se petendi sunt,
 igitur propter se amandi. Dicimus itaque
 quod virtutes propter se & petendae &

E P I T O M E

amandæ sunt, quia delectant sui possessores, & eis pariunt gaudium spirituale, & tamen amandæ sunt propter solam beatitudinem: quia non est hic consistendum, fruendo illis: sed ultrà gradiendum. Nam per eas fruendum est summo bono. & ita de voluntate bona dicimus. Vnde Aug. lib. I. cap. I. de Trinit. ait: Voluntas est per quam fruimur. & ita per *1. Io. 4.* virtutes fruimur, non eis, nisi fortè aliqua *Lib. I.* virtus sit deus, vt charitas, de qua post *dist. 7.* tractabitur.

DE REBUS FRVIBILIBUS.
i. vnitæ Diuinæ Essentiæ
& Personarum trinitate,
inuestigabilibus ex
Scripturis.

D I S T I N C T. Secundæ
C A P. Primum.

*Inquiritur
diuinæ es-
sentiæ vni-
tas, & per-
sonarum
pluralitas,
primò au-
thoritatib⁹.*

*In personarum Trinitate vna est
essentiæ deitatis.*

HOc itaque pia ac vera fide tenendum est, quòd Trinitas sit vnus & *Cap. 2.*
solus verus deus, vt ait Aug. I. de *Cap. 4.*
Trinit. scil. Pater, Filius, & Spiritus san-

ctus. Et hæc Trinitas vnus eiusdemque
substantiæ vel essentiæ dicitur, creditur,
& intelligitur. Quæ est summū bonum,
quod purgatissimis mentibus cernitur.

Cap. 1. Idem habet de fide ad Petrum: vbi vnam

Cap. 2. Patris, & Filij, & Spiritus sancti, essen-
tiam, quam Græci ~~Homousion~~ vocant,

confitentur. In qua non est aliud Pater,
aliud Filius, aliud Spiritus sanctus: quāuis
fit personaliter alius Pater, alius Filius,
alius Spiritus sanctus. Istud autem primò

authoritatibus sanctarum Scripturarum

demonstrandum est, nempe quòd vnitas

essentiæ sit in personarum pluralitate &

in vnitate essentiæ personarum plurali-

tas. Deinde rationibus catholicis & simi-

litudinibus congruis, vt primo lib. de

Cap. 2. Trinit. docet Aug. Primò occurrant ipsa
legis exordia, vbi ait Moses: Audi Israel,

Deu. 6 Dominus Deus tuus vnus est. Item: Ego
sum dominus deus tuus, qui eduxi te de

Exo. 20 ter me. Ecce hoc in loco significauit vni-
tatem naturæ diuinæ, quoniam Deus

(vt ait Ambros. libr. 1. de Trinita.) no-
men est naturæ, dominus verò nomen
est potestatis. Idem etiam manifestatur in
lib. Exod. 3. & 15. cap.

A iiij

Ar. b. 70. 1.

2. 1.

20 CAP. Secundum. In diuinæ essen-
tiæ vnitae pluralitas est per-
sonarum.

Personarum quoque pluralitatem & naturæ vnitatem idem ostendit Dominus, dicēs faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Dicens enim: Faciamus: &, nostram, pluralitatem personarum ostendit. Dicens vero imaginem, vnitatem essentiæ, quia (vt S. Aug. de fide ad Petrum ait) si vna tantum esset persona, non diceretur, faciamus hominem &c. Cū enim dicit, Ad imaginem, ostendit vnam naturam esse. Rursus Moses dicit: In principio creauit deus cælum & terram. Per deum significans patrem: Per Principium significans filium: & pro eo quod apud nos dicitur deus, Hebraica veritas habet, Heloin. i. dij siue iudices, quod ad pluralitatem personarum refertur. Ille etiam maximus Prophetarum & Regum Dauid distinctionem personarum insinuat dicens: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. & alibi: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuāt eum omnes fines terræ. Trina enim confessio

Ge. c. 1.
Gen. 1.
Psal. 38
Psal. 66.

Dei, trinitatem exprimit personarū, vnitatem verò essentiae aperit, cū singulariter subiungit, eum. Esaias quoque audiuit Seraphin clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus. Per quæ & pluralitas personarum & vnitas essentiae comprobatur.

Matt. vlti. Dominus Christus diuinæ essentiae ac personarum trinitatem apertè insinuat dicens Apostolis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In nomine vtique ait (vt Ambros. dicit lib. primo de Trini.) non in nominibus, vt vnitas essentiae ostendatur. Per nomina tria quæ supposuit, tres personas declarauit. Vnde ipse ait: Ego & Pater vnum sumus. Iohannes quoque in iua Canon. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres vnum sunt. & in initio Euangelij sui, In principio erat verbum. Insuper *ad Gal. 4.* Apostolus apertè Trinitatem distinguit dicens: Misit deus Spiritum filij sui in corda nostra. & alibi: Si Spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in nobis. & rursus: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria. *Ro. 8.* Ex quo ait Aug. i. de Trinit. Trinitas personarum & vnitas deitatis insinuatur. *Ad Ro. 2.* *Ca. 1.*

CAP. Tertium. Personarum Trinitas est sine diuersitate & singularitate.

Hilarius quoque lib. 3. de Trinit. dicit: Illis verbis Gen. 1. Faciamus hominem &c. quod in Trinitate nec *Circa finem.*
 diuersitas, nec singularitas, vel solitudo, sed similitudo & pluralitas siue distinctio significatur. Ait enim sic: Qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, inuicem esse sui similes in eo quod dicit Imaginem & similitudinem nostram, ostendit. Imago enim & similitudo sibi non est: neque diuersitatem duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit. Idem libr. 4. Professio consortij sustulit intelligentiam singularitatis: quia consortium aliquod nec potest sibiipsum esse solitario: neque rursum solitudo solitarij recipit, faciamus: neque quisquam alieno à se loquitur, nostram. Vterque ergo sermo, scilicet Faciamus, & Nostram, vt solitarium eundemque non patitur: Ita neque diuersum à se alienumque significat. Solitario conuenit Faciam & Meam: non solitario verò conuenit dicere, Faciamus, & Nostram. Vterque sermo vt non solitarium tantum, ita neque differentem

esse vel diuersum esse significat.

*CAP. Quartum. Personæ nobis
innotescunt attributis suis.*

- Psal. 3.* **D**avid æternam filij generationem apertè insinuat ex persona filij, dicens: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Eadem-
Cap. 8. que generatio ostenditur in lib. Sap. vbi Sapiencia ita loquitur: Dominus possedit me ab initio viarum suarum: antequàm quicquam faceret, à principio ab æterno ordinata sum: & necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram &c.
Cap. 5. Michæas quoque propheta vtranque & æternam & temporalem Verbi generationem simul insinuat, dicens: Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in milibus Iuda. Ex te egredietur qui fit dominator in Israel: & egressus eius ab initio & diebus æternitatis.

De Spiritu sancto etiam expressa documenta in veteri testamento habemus.

- Gen. 1.* In Gen. enim legitur: Spiritus domini ferebatur super aquas. & David: Quò
Psal. 138. ibo à Spiritu tuo? In lib. Sapienciæ dicitur: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Esaias quoque: Spiritus domini super me, eo quòd &c.

3.

EPITOME
DE IISDEM INVISIBILI-
bus rebus inuestigabilibus per
creaturas.

DISTINCT. Tertiæ
CAP. Primum.

*Diuina essentia multipliciter per crea-
turas innotuit.*

*Nunc ra-
tionibus &
similitudi-
nibus vni-
tas essentia
& perso-
narum plu-
ralitas in-
uestigatur.
& primò
his rationi-
bus quibus
Apost. deũ
cognoscibi-
lem esse o-
stendit.
Homo cur
dicitur
creatura
mundi ab
Apost.*

A Postolus nãque ait: Inuisibilia dei à Ro. 1.
creatura mudi per ea que facta sunt
conspiciuntur: sempiterna quoque
eius virtus & diuinitas. Homo ergo (qui
creatura mundi dicitur, vel propter ex-
cellentiam, vel conuenientiam quam ha-
bet cum omni creatura) à duobus adiu-
uatur, scilicet à natura, quæ rationalis est:
& ab operibus à deo factis. Potuerunt
ergo homines cognoscere vltra omnem
creaturam esse illum qui ea fecit, quem
nulla creaturarum vel efficere, vel de-
struere valet: vt dicit Ambros. in cap. 1. ad
Roma. 2. Alio modo cognouerunt dei causalitatis.
veritatem ductu rationis, vt ait Aug. lib. 2. per
de Ciuit. Dei. Viderunt summi philoso-
phi nullum corpus esse deum: ideo cun-
cta corpora transcenderunt quærentes nega-
tionis.
deum. Viderunt etiam & quicquid mu-
tionis.

tabile est nō esse summū deum omniū-
que principium : ideo animam mutabi-
lēsque spiritus transcenderunt. Deinde
viderunt omne quod mutabile est non
posse esse, nisi ab illo qui incommutabi-
liter est. Considerauerunt etiam quic-
quid est in substantiis vel corpus esse vel
spiritum, meliūsque aliquid spiritum esse
quā corpus, sed longē meliorem qui
fecit spiritum & corpus. Intellexerunt
etiam corporis speciem esse sensibilem,
& spiritus speciem intelligibilem, & in-
telligibilem speciem sensibili prætulerūt.

3. per
viam
eminē-
tia quo
ad esse.
4. per
viam
eminē-
tia quo
ad po-
tentias.

*CAP. Secundum. Innotuit ve-
stigium Trinitatis in crea-
turis ab vnitatem, specie,
& ordine.*

3
Similitu-
dinibus ve-
stigiij &
imaginis
inuestiga-
tur plura-
litas perso-
narum.

Huius enim Trinitatis vestigium in
creaturis apparet. Hæc enim quæ
arte diuina facta sunt, & vnitatem
quandam in se ostendunt, & speciem, &
ordinem, quæ in quolibet creatorum in-
ueniuntur, vt dicit Aug. lib. 6. de Trini.
Nam vnumquodque horum creatorum
& vnum aliquid est: Sicut sunt naturæ
corporum, & ingenia animarum. Et ali-
qua specie formatur : sicut sunt figuræ &

Cap. I.

*Vestigium
secundum
vnitatem,
speciē, &
ordinem.*

qualitates corporum, ac doctrinæ vel artes animarum. Et aliquem ordinem petit vel tenet : sicut sunt pondera vel collocationes corporum , & amores vel delectationes animarum. Et ita in creaturis præluet vestigium Trinitatis , quoniam tribus personis hæc tria conueniunt. In illa enim Trinitate Pater est summa rerum omnium origo, à quo sunt omnia. Filius perfectissima pulchritudo, nulla ex parte dissimilis , quæ forma est omnium quæ ab intellectu facta sunt , & ad vnum referuntur. Et Spiritus sanctus bonitas , per quem Pater summè bonus omnia per Filium operatur. Per considerationem itaque creaturarum vnus substantiæ Trinitatem intelligimus , scilicet , vnum deum Patrem , à quo sumus : Filium , per quem sumus : & Spiritum sanctum , in quo sumus : scilicet principium ad quod recurrimus , & formam quam sequimur , & gratiam qua reconciliamur.

CAP. Tertium. Trinitas potentiarum humane mentis Trinitatem Personarum (vt imago) representat.

Cap. 8. **A**ugust. 14. de Trinita. Licet huma- *Imago se-*
 na mens non sit eius naturæ cuius *cundum po-*
 Deus est: tamen illius quo nihil me- *tentias ra-*
 lius est, ibi quærenda & inuenienda est: *tionalis*
 quæ (etiam amissa vel nondum habita) *creatura.*
 Dei participatione permanet. quoniam
 eo ipso imago Dei est mens quo capax
 eius est. Sic ergo in ea Trinitatem, quæ
 Deus est, inquiremus. Ecce enim mens
 meminit sui, intelligit se, diligit se. Hoc
 si cernimus, cernimus Trinitatem, non-
 dum quidem Deum, sed imaginem Dei.
 Hæc enim apparet quædam Trinitas
 memoriæ, intelligentiæ, & amoris.

CAP. Quartum. Trinitas poten-
tiarum & Trinitas Personarum
in aliquibus conueniunt, &
aliquibus non, primò in
relationibus & abso-
lutis conueniunt.

Cap. 2. **A**ugust. lib. 10. de Trinita. Tres po-
 tentiæ illæ non sunt tres vitæ, sed
 vna vita: nec tres mentes, sed vna
 mens, vna essentia. Illæ ad aliquid dicun-
 tur. Vita verò dicitur ad seipsam, &
 mens, & essentia. Hæc ergo tria eo vnum
 sunt, quo vna est vita, vna mens, (&

vna essentia, & quicquid aliud ad seipsa
singula dicuntur, etiam simul non plura-
liter sed singulariter dicuntur.

Secundo in aequalitate.

A Equalia etiam sunt non solum sin-
gula singulis, sed etiam singula om-
nibus: alioqui non se inuicem ca-
perent: capiuntur enim & à singulis sin-
gula, & à singulis omnia. Memini enim
me habere memoriam, & intelligentiam,
& voluntatem: & intelligo me intelligen-
re & velle atque meminisse: & volo me
velle meminisse & intelligere, totamque
meam memoriam, & intelligentiam, &
voluntatem simul memini. Similiter cum
hæc tria intelligo, tota simul intelligo. &
voluntas totam intelligentiam & me-
moriæ capit, dum vtor toto eo quo in-
telligo & memini. Ecce illius summa
vnitatis atque Trinitatis imago humana
mens licet impar. Mens autem hic acci-
pitur pro animo ipso: quamuis ab Aug. *Lib. 15.*
mens non dicatur ipsa anima, sed quod *de Tri.*
in ea est excellentius. *Cap. 7.*

*Quomodo tres potentie animæ
dicuntur vna essentia.*

Videtur verum non esse quod tres potentiae dicantur vna essentia : cum mens siue spiritus rationalis sit essentia quaedam spiritualis & incorporea : illa vero tria naturales proprietates seu vires sunt ab inuicem differentes. Dicuntur vnū *Responso.* siue vna substantia , quia in ipsa anima vel mente substantialiter existunt : Non sicut accidentia in subiectis, quae possunt adesse vel abesse, vt dicit Aug. 9. de Trinit. cap. 9.

C A P. Secundum . In aliquibus non conueniunt.

Aug. lib. 15. de Tri. cap. 22 **V**erū tamen caueat ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam ita ei comparet, vt omnino existimet similem : sed potius in qualicumque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat.

Prima dissimilitudo.

Quod breuiter ostendi potest. Homo vnus per ista tria meminit, intelligit, diligit, qui nec memoria est, nec intelligentia, nec dilectio, sed haec habet : non enim ipse est haec tria. In illa vero simplicissima natura quae est Deus, quamuis vnus sit Deus, tamen tres personae sunt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et haec tres personae sunt vnus Deus.

Altera dissimilitudo.

R

Rursus ista imago quæ est homo, habens illa tria, vna persona est. Illa verò Trinitas non vna persona est, sed tres personæ. Itaque in ista imagine Trinitatis non hæc tria vnus homo, sed vnus hominis sunt. In illa verò summa Trinitate tria non vnus Dei sunt, sed vnus Deus: & tres sunt illæ personæ, non vna persona.

DE PERSONARVM PRO-
cessionibus.

DISTINCT. Quartæ
CAP. Primum.

Cōcedendum est quòd Deus genuit Deum.

Hic quæritur an sit cōcedendum quòd Deus genuit Deum, quum Deus Pater genuerit filium Deum. Si enim Deus genuit Deum, aut se Deum, aut alium Deum genuit. Si alium Deum, non est igitur tantum vnus Deus. Si autem seipsum genuit Deum, aliqua res seipsam genuit.

*De com-
paratione
genera-
tionis ad
terminum
essentialem
cōcretum.*

Ad quod respondentes dicimus quòd Deus genuit Deum, vt in Symbolo scriptum est, Lumen de lumine, Deum verum de deo vero. Nec tamen se Deum aut alium Deum genuit: Non enim alium deum genuit, quia tantum vnus Deus. Nec seipsum genuit, vt dicit August. lib. i. de Trinit.

Cap. I.

Sed adhuc ratiocinantur garruli: Si Deus

Pater genuit Deum, aut genuit Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui non est Deus Pater. Si genuit Deum qui non est Pater, ergo Deus est qui non est Deus Pater. Non ergo vnus tantum Deus est. Si verò genuit Deum, qui est Deus Pater, ergo genuit seipsum.

Ad quod respondemus, determinantes istam propositionem (Si Deus Pater genuit Deum, aut genuit Deum qui est Deus Pater, aut Deum qui non est Deus Pater) sanè & prauè intelligi posse. Primò sic: Deus Pater genuit Deum qui est ipse Pater. Et id falsum est, & cōcedimus hāc, Genuit Deum qui non est Pater. Porro hāc, Genuit Deum qui non est Deus pater, potest dupliciter etiam intelligi: Primò genuit Deum qui non est Deus Pater: scilicet Deum Filium, qui Filius non est Pater qui Deus est: & tunc est vera. Secundò sic: Genuit Deum qui non est Deus Pater. i. qui non est Deus qui Pater est: & tunc sensus est falsus.

Deus genuit Deū qui non est Pater.

Neutra ergo istarum erit concedenda: Vel Pater genuit se Deum, aut alium Deum. Quamuis dicat August. ad Maximum quòd Pater se alterum genuit. quod sic intelligas, id est de se alterum à se genuit: non vtique alterum Deum, sed alteram personam. Vel genuit se alterum, id est genuit alterum qui hoc est quod ipse.

Epist.
66.

CAP. Secundum. Reprobatio cuiusdam erroris.

NEc assentiendum veritatis aduersariis cōcedentibus Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, siue tres personas, esse vnum deum, vnam substantiam: sed negantibus vnum deum siue vnam substantiam esse tres personas: quoniam fides catholica vtrūque prædicat & confitetur. Vnde Aug. i. de Trinit. ait: Rectè ipse Deus Trinitas intelligitur. & libr. 5. de Trinit. Non tres deos, sed vnum deum dicimus esse ipsam præstantissimam Trinitatem. Cap. 6
c. 8

DE TERMINO VTROQUE Generationis.

DISTINCT. Quintæ
CAP. Primum.

Essentia nec est genita, nec generans.

De comparatione generationis ad terminum essentialem abstractū. Pater non genuit essentiam.

Post hæc quæritur vtrum Pater genuit diuinam essentiam, vel diuina essentia genuit Filium, vel essentia genuit essentiam, vel omnino non genuit vel genita est. Dicendum quòd Essentia diuina nec est generans, nec generata, nomine Essentiæ intelligendo naturam quæ est communis tribus personis, & tota in singulis. Ideo non est dicendum quòd Pater genuit diuinam essentiam: quia diuina essentia relatiuè diceretur

ad Patrem. Si autem relatiuū esset, non indicaret essentiam, vt dicit Aug. lib. 5. de Trinit.

- Cap. 7.* Item si Pater esset genitor diuinæ essentia, eadem res sanè seipsam genuisset, quum Pater sit diuina ipsa essentia: quod Aug. negat lib. 1. de Trinit. *Omne quod generatur, relatiuè dicitur ad generans.* Item si Pater est genitor essentia diuine, quum ipse essentia diuina sit, sequitur quòd non genito gignens, sed gignentem genitus causa est vt & sit, & Deus sit: quoniam per diuinam essentiam est, & Deus est. Simili ratione probat Aug. *Cap. 1.* lib. 7. de Trinit. quòd Pater non est sapiens sapientia quam genuit: quia si ea est sapiens, ea est. *Pater non est sapiens sapientia quam genuit.* Quum autem sapere & esse in eo sint idem, sequitur quòd per sapientiam genitam esset Pater. quod insanum esset dicere. Ita ergo si Pater genuit essentiam qua est, essentia quam genuit causa est illi vt sit. Non igitur ipsam qua est essentiam genuit. Sicut ergo non genuit sapientiam qua sapiens est, ita nec essentiam qua est, quia non est in illa simplicitate aliud sapere quam esse, vt dicit August. Et sic patet quòd Pater essentiam non genuit. *Ibid.*

Obiectio.

- Cap. 3.* **H**ic autem aduersari videtur quod ait Aug. lib. 8. de fid. & symb. Deus cum Verbum genuit, id quod ipse est genuit, nec de nihilo nec de aliqua iam facta

conditáque materia, sed de seipso id quod ipse est.

Dilutio.

*Distinctio
non abso-
luti. sed
relati.*

Respondendum, verba illa sic esse intelligenda, Pater de seipso genuit illud quod ipse est, id est Filium, qui est illud quod pater est. Nam quod Pater est, & Filius hoc est: sed non qui Pater est, & Filius hic est.

*CAP. Secundum. Essentia non genuit
Filium nec essentiam.*

Ita etiam non est dicendum quod diuina essentia genuit Filium. quia quum Filius sit diuina essentia, iam esset Filius res à qua generatur. Et ita eadem res seipsam generaret. Ita etiam dicimus quod essentia non genuit essentiam: quia quum essentia vna res sit, tunc eadem res seipsam genuisset. Relinquitur itaque quod Pater solus genuit Filium.

Obiectio.

Prædictis aduersari videtur quod dicit August. 7. de Trinit. Pater & Filius simul sunt vna sapiētia, quia vna essentia, & sigillatim sapiētia sapientia, sicut essentia essentia. Igitur sapientia sapientiam, & essentia essentiam genuit. Et idem de fid. ad Petrum: Sic Christum Dei Filiū, id est vnam *Cap. 1.*
Ca. 13.

ex Trinitate personam, Deum verum crede,
 vt diuinitatem eius de natura Patris natam
 esse non dubites. Igitur natura filij est de
 natura Patris. Idem dicit lib. 15. de Trinit.

Dilutio.

Sed hoc ita determinamus, Sapiencia de
 Sapiencia, Substantia de substantia est:
 id est, Filius qui est Sapiencia, qui est
 Substantia, est de Patre, qui est eadem sa-
 pientia & substantia: Et Filius qui est diui-
 nitas, natus est de Patre, qui est natura diui-
 na. Sic intelligendum docet Aug. 7. de Trinit.
Cap. 1. Filius sapientia de Patre sapientia est, sicut
Cap. 7. Filius lumen de Patre lumine, & Deus Fi-
de Tri lius de Deo Patre, vt & singulus sit lumen, &
nita. sapientia, & simul vnum lumen, vnus Deus,
Cap. 3. vna sapientia.

*Aduersus expositionem datam
 obiectio.*

Hilarius 4. de Trinita. Nihil habet Fi-
 lius nisi natum. Quum ergo Filius es-
 sentiam habeat à Patre, videtur quod
 ea sit nata. & lib. 5. Natiuitas Dei non po-
 test eam ex qua profecta est non tenere na-
 turam. Igitur natura Dei & genita est &
 genuit. & idem lib. 9. de Trinit apertius at-
 testatur naturam genuisse, & naturam geni-
 tam, & naturam assumpsisse naturam.

B iij

Nota

Omne
quod ha-
bet Filius,
nascendo
accepit.

Sed ipse idem 4. de Trinit. dicit: Intelli-
gentia dictorum ex causis est assumen-
da dicendi: quia non sermoni res, sed rei
sermo subiectus est. Hęc ergo verba sic in-
telligi possunt: Nihil habet Filius nisi na-
tum: id est, nihil habet nisi secundum quod
deus est, nisi quod nascendo accepit, & ipse
nascendo Patris in se subsistentem naturam
habuit.

C A P. Quintum. Pater genuit Filium
de sua substantia.

Avgust. libr. de fid. ad Petrum, Pater Cap. 2.
Deus de nullo genitus Deo semel de
sua natura sine initio genuit Filium
Deum sibi æqualem. & eadem qua ipse na-
turaliter æternus est, diuinitate coæternum.
Ecce hic dicit Aug. Filium genitum de na-
tura Patris. Si ergo de natura Patris geni-
tus est Filius, genitus est de natura Filij &
Spiritus sancti: quum trium sit vna natura:
imò esset de natura trium. Idem quoq; Aug. Cap. 2.
libr. 15. de Trinita. exponens illud Apostoli,
Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,
& transtulit in regnum Filij charitatis suæ.
Quod dictum est, inquit, Filij charitatis suę,
nihil aliud intelligitur, quàm Filij sui dilecti, To. 6.
quàm filij substantiæ suæ. Idem quoque lib. Ca. 44
3. contra Maxim.

Quomodo hæc sint intelligenda.

His verbis præmissis innui videtur quòd diuina substantia Filium genuerit, & quòd Filius sit genitus de substantia Patris, & quòd de Deo est natura coæterna, & quòd Pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est, diuina essentia est: & ita putari potest diuinam essentiam genuisse. Sed hæc verba in eo sensu sunt accipienda, Natura coæterna de Deo est: id est, Filius coæternus Patri de Patre est: est enim eadem cum eo natura. Quem sensum confirmat Aug. ibidem subiiciens: Non est aliud Filius quàm illud de quo est, id est vnus eiusdemq; substantiæ est. Hunc sensum apertius explicat in eodem lib. cõtra Maxim. Trinitas hæc vnus eiusdemq; substantiæ, quia non de aliqua materia vel de nihilo est Filius, sed de quo est genitus. Et sic Filius dicitur esse de substantia Patris, quia est eiusdem substantiæ. Similiter Spiritus sanctus de substantia vtriusque, quia est eiusdem substantiæ cum illis, &c.

CAP. Quartũ. *Nec Filius nec Spiritus sanctus est de nihilo sed de aliquo, non tamen de materia.*

Hilarius lib. 12. de Trinit. ait: Vnigenitus Deus quum natus sit, Patrẽ testatur authorem: quum ex manante natus est, non est natus ex nihilo.

Similiter & Spiritus sanctus non est dicendus ex nihilo procedere: quia eiusdem substantiæ cum filio. Ex quo sensu accipiendum est illud, Pater genuit id quod ipse est, id est Filium, qui est id quod Pater. Et hoc ita esse intelligendum aperit Aug. i. lib. cōtra Maxim. Hoc genuit Pater quod est: alioquin non est verus Filius, si quod est Pater, non est Filius. Item substantia Dei genuit Filium, id est Pater substantia genuit Filium, qui est eadem substantia, & eiusdem substantiæ. Ita intelligendum docet Aug. contra Maxim. Sicut dicis, Spiritus spiritum genuit, ita dic Spiritus eiusdem naturæ vel substantiæ spiritum genuit. similiter, Filius natus est de substantia Patris, vel Pater genuit Filium de sua natura siue essentia, id est de se, natura & essentia genuit Filium eiusdem substantiæ & naturæ. Similiter expone id, Filius substantiæ Patris, id est Filius qui est substantia. Et hic sensus adiuuatur ex verbis Aug. dicentis tres personas eiusdem essentia. Constat autem quòd tres personas ex eadem Essentia non dicimus, *Lib. 5. de Tri.* quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona.

*Persona
non est ex
essentia.*

His verbis ostenditur non esse dicendum personam esse ex essentia, nisi ex sensu prædicto. qui sensus cōfirmatur lib. 15. de Trini. ex Aug. dicente: Sicut nostra scientia sciētiæ

Dei fit, & nostrum verbum quod nascitur de nostra sciētia dissimile est illi verbo Dei quod natum est de Patris essentia. Tale est autem ac si dicerem, de Patris sciētia, de Patris sapientia, vel quod expressius est, de Patre essentia, de Patre scientia, de Patre sapientia. Ex hoc itaque intellectu, Verbum Dei patris vnigenitus filius per omnia Patris similis & equalis dicitur: quia hoc omnino quod Pater, non tamen Pater: quia iste filius, ille Pater. Inde solum vnigenitus Dei dicitur natura filius, quia eandē (inquit Hilar. i. de Trinit.) naturam quam ille qui genuit habet.

Filius similis Patri, ac proinde solus dicitur natura productus. De generationis modo siue de comparatione actus

DE POTENTIA generantis.

D I S T I N C T. Sextæ CAP. primum.

Pater nec voluntate nec necessitate genuit Filium.

quorundā ad potentiam.

Præterea quæri solet vtrum Pater genuerit filium voluntate an necessitate. De hoc Orosius ad Aug. Volūtatē Patris genuit filium, vel necessitate: sed nec voluntate nec necessitate, quia necessitas in Deo non est. Præire voluntas sapientiā non potuit. Quocirca ridenda est dialectica Eunomij (ait Aug. 15. de Trinit.) qui cum non potuisset intelligere, nec voluisset credere

To. 4.
in dia
logo
65.
quest.
q. 47.
cap. 20

b. 5.
Tri.

vnigenitum Dei filiū, verbum Dei esse natura, dixit filiū esse volūtatis Dei, & non naturæ: volens asserere accedentem Deo voluntatem, qua gigneret filium. Sicut nos aliquando volumus aliquid quod prius nolebamus. Et sic Deo vt nobis mutabilitatem tribuebat: quod absit, vt de Deo id credamus.

C A P. Secundum. Pater filiū natura non voluntate genuit.

ID docet Aug. lib. 15. de Trinit. vbi quendam catholicū hæretico respōdentem ita c. 20. et commendat, dicens: Acute sanè quidam in qua. respondit hæretico versutissime interrogan- ad O-
Pater natura, tamen voluntate communicabilitatis & necessitate incommunicabilitatis, naturam concomitantibus genuit filium. ti vtrum Deus Filium volens vel nolens genuerit. Si nolens, miser esset Deus: Si volēs, igitur non nature est Filius, sed voluntatis. At ille vigilantissimè vicissim ab eo quæsiuit vtrum Deus Pater volens aut nolens sit Deus. Si nolens, eadem miseria in Deo sequeretur. Si volens, igitur ipse sua voluntate Deus est, non natura. Ex his ergo colligitur non esse concedendum, quod Deus voluntate vel necessitate, vel volens vel nolens sit Deus, aut Filium genuerit.

Obiectio.

Voluntas Dei est natura Dei, quia non est aliud in Deo esse & velle. Si ergo Deus natura Deus est, & voluntate: & si Verbum Dei natura Filius Dei est, & voluntate.

Dilutio.

Quamuis natura & voluntas sint vnū, sicut præscientia & prædestinatio, velle & scire Dei: non tamē quicquid dicitur de vno, dicitur & de altero. Non enim omnia illa sua voluntate Deus vult quæ scit sua scientia qua nouit bona & mala. Voluntate autem vult tantū bona, & Præscientia de bonis est & malis: Prædestinatio autem de bonis tantū. Esto ergo quod voluntas & natura sint vnum, dicitur tamen Pater genuisse Filium natura, non tamen voluntate, & esse natura Deus, non voluntate.

Natura es voluntas in Deo sunt vnum re sed non ratione.

Quo pacto sit intelligendum quod Pater nec nolens nec volens sit Deus, aut filium generans.

Prædicta verba ex tali sensu mihi videntur accipienda, vt voluntatem præcedentem, vel accedentem intelligamus, qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipse est Deus, volūtate præcedente, vel efficiente, vel volens, priusquā Deus: nec volūtate præcedēte vel accedente genuit Filiū, nec prius volens q̄ generans genuit Filium.

o. et
ua.
O.

Nec prius generans quàm volens genuit Filium. Volens, enim genuit sicut potens, & bonus, & sapiens genuit. Dicamus ergo quòd Pater sicut sapiens, ita volens genuit filium, sed nō voluntate aut accidēte. Quē sensum aperit Aug. ad Eph. nunquam filium vt esset præcessit paterna voluntas. Ille quidem natura filius est.

DE PROPRIETATE POTENTIAE generantis.

DISTINCT. Septimæ
CAP. Primum.

Potentia generandi non dicit quid.

De comparatione potentia generandi ad personam.

S Olet quæri à quibusdam vtrū Pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim potuit, inquiunt, vel voluit generare filium, ergo potuit aliquid & voluit, quod nec voluit nec potuit filius. Nam Filius nec potuit nec voluit generare filium.

Cui versutiæ facilè respondemus: distinguenda est enim intelligentia propositi verbi, scilicet posse vel velle gignere filium: & posse vel velle aliquid. Neque enim generatio filij aliquid eorum est, quæ subiecta sunt diuinæ potentia & voluntati. Nec est aliquid inter omnia vel de omnibus, sed super omnia & ante omnia. Non enim antè voluit vel potuit quàm genuit, sicut nec antè fuit quàm genuit, quia ab æterno fuit, & ab

æterno genuit. Ex simili quoque hoc videre possumus. Pater enim potest esse Pater, & vult esse Pater: Filius autem nō potest nec vult esse Pater. Ergo Pater potest vel vult esse aliquid, quod non potest vel vult esse Filius. Non sequitur, quia esse patrem nō est esse aliquid: sed potest esse ad aliquid.

C A P. Secundum. Filius non est impotens ad generandum.

Sed vehementer nos mouet quod Aug. ait in libr. contra Maximum, qui asserbat Patrem potētiorē filio, eo quod filium genuit deum, creatorem, filius autem non. Dicebatque Patrem potuisse non gignere filium, & ideo potētiorē filio. Ad quod respondens Aug. videtur dicere, quod filius etiam potuit gignere, volens ostendere Patrem non esse potētiorē filio: sed non oportuit. Quare autem non oportuit subdit, dicens, Immoderata enim esset diuina generatio, si genitus filius nepotem gigneret Patri: quia & ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret, secundum vestram mirabilem sapientiam impotens diceretur, &c.

Obiectio.

Hoc videtur quibusdam stare non posset: scil. quod filius potuerit gignere. Si enim potuit gignere, potuit esse Pa

ter: & si potuit esse Pater, vel sui, vel Patris, vel Spiritus sancti, vel alicuius alius. Sed non alius, quia nullus alius semper fuit: nec Patris, qui est ingenuitus: nec sui, quia nulla res seipsam gignit: nec Spiritus sancti, quia nasci non potuit. aliàs potuit esse filius, & ita mutabilis esse potuit.

Dilutio.

Verba itaque Aug. sic intelligi possunt: Non enim non potuit, sed non oportuit, id est non ex impotentia sui fuit, quòd Filius non genuit, sed ei non còueniebat: sicut Deus Filius non est Deus Pater: nec tamen hoc ex impotentia sui est. Nam & Pater similiter non est Filius: nec hoc est ex impotentia Patris: nam Pater proprietate generationis Pater est, qua oportet eum non esse Filium: & Filius proprietate Filius est, qua oportet eum non esse Patrem.

CAP. Tertium. Pater est potens gignere potentia quæ est in Filio.

Ad quod dicimus, quia Pater non est potens nisi natura: eius enim potentia natura est & essentia: ideo eandem potentiam habet penitus Filius quàm Pater, qua Pater potuit gignere & Filius gigni.

Itaque cùm dicitur, Filius habet potentiam quam habet Pater, dupliciter intelligi

potest. Primò quòd habeat eandem potentiam generandi, quam & Pater, qua Pater potens est ad generandum, id est vt genuerit, vel vt generet. Et sic non est verum. Vel Potètia generandi digni vel genitus esse. Sicut Pater potentiam habet, qua potuit gignere vel genuisse. Et sic verum est. Et sic eadem est potentia Patris, qua potest esse Pater, & Filij, qua potest esse Filius: sicut eadem est voluntas, qua Pater vult esse Pater & non Filius, & Filius vult esse Filius & non Pater. Et eadè est voluntas Filij, qua vult esse genitus, & Patrem genuisse, & Patris, qua vult esse genitor, & Filium genitum esse.

DE VERITATE, IMMUTABILITATE, & simplicitate essentiaè diuinæ.

DISTINCT. Octauæ

CAP. Primum.

Deus verè habet essentiam.

Cap. 2. **E** St itaque Deus (vt ait August. 9. lib. de De proprie Trinit.) sine dubitatione substantia, vel si melius hoc appellatur essentia, quam Græci Vsiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere, dicta est sapientia, & ab eo quod est scire, dicta est scientia: Ita ab eo quod est esse, dicta est essentia. Et quis magis est quàm ille qui dixit famulo suo, Ego sum qui sum?

C

Et dices Filiis Israel, Qui misit me ad vos. Ipse verè ac propriè dicitur essentia, cuius essentia non nouit præteritum nec futurum. Vnde Hieron. ad Damasum, Deus solus exordium non habet, veræ essentia nomen tenet, qui non nouit fuisse vel futurum esse. Solus ergo Deus verè est, cuius essentia comparatum esse non est.

In difficultas

Quomodo autem debent intelligi verba Hierony. scilicet, Deus tantum est, & non nouit præteritum nec futurum, quum de eo scriptum frequenter reperiamus, Fuit ab æterno, fuit semper, & erit in secula, & huiusmodi? Videntur enim tria illa de Deo simul dicenda: quia si de eo dicatur, tantum fuit, putatur quod defierit esse: Si tantum dicatur, Est, putatur quod non semper fuerit, sed esse ceperit. Si tantum dicatur,

Si ff. q. y. h. m. i.

Erit, putatur non esse modo. Illud ergo quod Hieron. dicit, ita intelligendum est, non nouit fuisse vel futurum esse, sed tantum esse, eo quod existat sine aliquo temporali motu. Cum autem (ait Aug. super Ioh.) de re sempiterna propriè dicatur est, secundum nos bene dicitur fuit & erit: Fuit, quia nunquam defuit: Erit, quia nunquam deerit: Est, quia

Deo tribuuntur tempora differentie.

semper est. Cum ergo nostra loquutio per tempora varietur, de eo verè dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo tempore defuit, vel deest, vel deerit. Vnde Ioh. 16. de Spiri-

Tract.
99.

tu veritatis loquēs ita per futurum, Et quæ-
cunque audiet loquetur: audiet, scilicet ab
eo à quo procedit: audiet dixit de eo quod
audiuit: & audit, id est quod semper sciuit,
scit, & sciet.

CAP. Secundum

Deus immutabilis.

Cap. I. **D**Ei etiā solius essentia incommutabi-
lis dicitur propriè, quia nec mutatur,
nec mutari potest. Vnde Au. 5. de Tri.

Alia essentia vel capiūt accidentia, quibus
in eis fiat vel magna vel quancunque mu-
tatio. Deo autem aliquid huiusmodi accide-
re nō potest. Et ideo sola essentia quæ Deus
est, incommutabilis est, & cui verissimè cō-
petit esse: quod enim mutatur, non seruat ip-
sum verum esse: & quod mutari potest, etiā
si non mutetur, potest quod fuerat nō esse:
& ideo non solum quod tantum non muta-
tur, verum: & quod omnino mutari non po-
test, verissimè dicitur esse, id est substantia
Patris, Filij, & Spiritus sancti: quam immuta-
bilitatē creatura habere non potest. Ideo A-
post. dicit, Qui solus habet immortalitatē. &
quæ vera immortalitas, nisi cui cōuenit im-
mutabilitas? Vnde Iacobus ait: Apud quē nō
est transmutatio, nec vicissitudinis obumbra-
tio. & Dauid, Mutabis ea & mutabuntur: tu
autem idē ipse es, & anni tui, &c. ideo Aug.
dicit super Gene. quod Deus nec perloca;

*Mutatio
accidentis
est.*

L. 4. B. A.

1. Ti. 2

6. cad.

Cap. I.

psalm.

101.

Cij

nec per tēpora mouetur, vt creatura. Per tēpora autē moueri est per affectiones cōmutari. Deus autē nec loco, nec affectione mutari potest, qui per Pr phetā ait, Ego Deus, & non mutor. *Mal. 3*

CAP. Ter. Diuina essētia maximè simplex.

E Adēq; sola propriè ac verè simplex est, vbi nec partiū, nec accidētū, nec quālibet formarū vlla est diuersitas, siue variatio, vel multitudo. Quā simplicitatē te docet Au. li. 6. de Tri. *cap. 6.* Aduerte primò quare omnis creatura sit multiplex, & nullo modo verè simplex. Et primū de corporali, postea de spiritali creatura. Corporalis vtique creatura ex partibus constat, quarum aliqua minor, alia maior, & totum maius qualibet parte: & in corpore aliud magnitudo, aliud color, aliud figura: & mutato vno istorū, posunt reliqua manere. Et p hoc multiplex cōuincitur esse natura corporis. Creatura quoque spiritalis, vt est anima, sine cōparatione ad corpus, est multiplex & nō simplex. Quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole nō diffunditur per spatium loci, sed in vnoquoq; corpore & in tota anima est & in qualibet ei⁹ parte tota est. Ideo in parte corporis tota sentit. Sed tamen in ipsa tota anima nec vera simplicitas est. quum enim sit

*Omne crea-
turam esse
multiplicē
probat*

*Augu. in
corporali-
bus & spi-
ritualibus.*

aliud artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud tristitia: possintq; hæc & alia inueniri in animæ natura, & alia sine aliis, & alia magis, alia min^o: manifestum est non simplicē sed multiplicē esse naturam. Nihil enim simplex mutabile est.

Omnis autem creatura mutabilis, est nulla, ergo simplex creatura est. Deus autem nihil horum prorsus habet, in quo nō aliud beatū esse, & aliud magnū esse, & sapientē, & bonū,

Cap. 1. & verū, &c. Ideo dicit Aug. 6. de Trinit. Est

Deus sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine situ præsidēs, sine habitu omnia

continens, sine loco ubiq; totus, sine tēpore *Deus nihil*

sempiternus, sine sui vlla mutatione mutabi *habet 2.*

lia faciens, nihilq; patiēs, &c. Ecce si subtili- *prædicamē*

ter intēdas, ex his atq; prædictis aperitur illa *toru*

prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ

minimē cōuenire, quæ nullis est subiecta ac-

cidētibus: nec propriè dicitur Deus substan-

tia, quoniā dicitur substantia à subsistere, sicut

essentia ab esse. Subsistere autē propriè reb^o

Cap. 4 cōuenit, ait Aug. 7. de Tri. In quibus vt sub-

iectis sunt ea quæ in aliquo subiecto esse di-

cuntur. Sicut in corpore color. Ob id corpus

subsistere dicitur, & verè substantia esse. Deus *De^o nō est*

autem si subsistit, inest in eo aliquid tanquā *substantia*

in subiecto, & non est simplex: quod nefas *prædicamē*

esset dicere, quum maximē simplex sit, licet *talit.*

multiplex à nobis dicatur, vt dicit Augu. 6. Cap. 6
de Trinit.

CAP. 5. *Quicquid est in Deo, Deus est.*

Huius essentiae simplicitas tanta est, q̄
in ea non est aliquid quod non sit ip-
sa, sed idem est habens & quod habe-
tur, totumq; quod in eo est vnū est, ait Hi-
lar. 7. de Trinit. & lib. 8. dicit: Non huma-
no modo ex compositis Deus est, vt in eo
aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ip-
se qui habeat: sed totum vna est natura per-
fecta & infinita, & non est disparibus confi-
tuta, sed viuens per totum ipsa. Idem affir-
mant Boet. lib. de Tri. August. lib. de Fid. &
Symb. & li. 15. de Trinit. & Isidorus, rursum
Aug. 11. de Trinit. cap. 10.

Cap. 9
Ca. 17
7. E-
thim.
Cap. 1.

DE COAETERNITATE GE-
nitoris & Geniti ac æternitate Generatiōis.

DISTINCT. Nonæ

CAP. Primum.

*De proprie-
tatibus &
conditio-
nibus perso-
nalibus.* Personarum vna est naturalis essentia cum
distinctione earum.

Tenendū est (vt docet Aug. lib. de Fid.
ad Petr. Patrem & Filiū & Spiritū san-
ctum vnū esse Deū naturaliter: nec ta-
men ipsum Patrem esse qui Filius est, nec Fi-
lium esse illum quī Pater est, nec Spiritum
sanctum esse illum qui Pater aut Filius est:

*Pater alius
à Filio.*

nec tamen est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, quamuis personaliter alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus. Genitus est enim à Patre Filius, & ideo alius.

C A P. Secundum. Coaeternae Personae.

N Ec tamē antè fuit Pater, quàm Filius. Coaeternae enim sibi sunt personae. Cōtra quod obiicit hæretic⁹ Arrianus (vt *Obiectio.*

refert Ambros. lib. 1. de Fid. ad Gratia.) Omne quod natum est, principiū habet. & ideo quia Filius natus, principium habet. Sic &

Cap. 5 Arrius ipse dixisse fertur (vt meminit Augu.

lib. 6. de Trinit. Si Filius est, natus est: Si natus est, erat tempus quando non erat Filius.

Cap. 1. Responsio Augustini: Qui hoc dicit, non

intelligit etiā natū esse Deo sempiternū, vt sit coæuus Patri Filius: Sicut splendor qui *Responsio.*

gignitur ab igne, atque diffunditur, coæuus est illi: & esset coæternus, si ignis esset æter-

nus. Rursus si Dei Filius (ait Aug.) Virtus

1. cor. 1 & sapientia Dei est, nec vnquam fuit Deus sine virtute & sapientia, coæternus ergo est Deo Patri Filius. *Simile.*

Lib. 1.

Inuectio Ambrosij contra Hæreticum.

de Fid. **S** Criptum est in veteri Testamento (vt vel vnum è pluribus dicam) Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Quis ergo hoc dicit? Pater, an Filius?

C iij

Si Filius, Ante me (inquit, nō fuit alius De^o.
 Si Pater, Post me, inquit, non erit. Hic prio-
 rem, ille verò sibi posteriorem non habet.
 Item, Dic, inquit, mi hæretice, fuitne quan-
 do omnipotēs Deus Pater nō erat, & Deus
 erat? Nam si Pater esse cœpit, Deus er-
 go primò erat, & postea Pater factus est.
 Quomodo ergo immutabilis Deus est? Si
 enim antè Deus, postea Pater fuit, utique ge-
 nerationis accessione mutatus est. Sed auer-
 tat Deus hanc amentiam.

C A P. *Tertium. Ineffabilis
 diuina Generatio.*

SI quæris à me (inquit Ambros.) quomo-
 do si Filius sit, priorē non habeat patrē?
 mihi sanè impossibile est scire genera-
 tionis secretum. Mens deficit, Vox filet, non
 mea tantum, sed angelorum, quia scriptum
 est, Pax Christi supra omnem sensum, &c. *Phil. 4*
 Quòd si pax Christi supra omnem sensum,
 quomodo non est supra omnē sensum gene-
 ratio? Tu ergo ori manum admoue: scruta-
 ri non licet supra mysteria: licet scire quòd
 natus sit: nō licet discutere quomodo natus
 sit, ineffabilis enim est illa generatio. Vnde
 Esa. Generationem eius quis enarrabit? *Esa. 53*

C A P. *Quartum. Filius semper gene-
 ratur & semper natus est.*

Hic quæri potest, quum generatio Filij à Patre nec principium nec finem habeat, quia eterna est, utrum debeat dici Filius semper gignitur, vel semper genitus est, vel semper gignetur? Gregor. super

Lib. 29 Moral. Cap. 1. Iob: Quia nec cepit nasci, nec desijt, dicamus verius, semper natus. Non autem possumus dicere, semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At verò ut æternus designari valeat & perfectus, semper dicamus, & natus: quatenus & natus ad perfectionem pertineat & eternitatem. quamvis perfectum esse multum ab illius perfectionis expressione procul sit: quia quod factum non est, non potest dici proprie perfectum: sed balbutiendo, ut possumus, excelsa Dei

resonemus. Et Dominus nostre infirmitatis verbis condescendens, Estote, inquit, perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Orige. tamen super Hierem. dicit quòd

Mat. 5 Filius semper generatur à Patre. iuxta illud, Antè omnes colles generat me dominus. Sed utriusq; verba benignè interpretemur. Nam non adeò semper manifestatur veritas, quum dicitur, Filius ante tempora genitus est de Patre, vel Filius semper nascitur de Patre. Et ideo dicit Grego. quòd non possumus dicere semper nascitur. Non, inquam, ita conuenienter, non ita congruè ad explanationem veritatis. Potest tamen dici

in hier. homi. 6

(si sanè intelligatur) semper enim nascitur Filius de Patre, vt ait Orige. non quòd quotidie iteretur illa generatio: sed quia semper est: semper ergo nascitur, id est natiuitas eius sempiterna est.

Quòd Filius semper generatur, confirmatur ex dictis D. Hilary.

Hilarius quoque dicit Filium nasci ex Patre, libr. 7. de Trinit. quod cum sacramento scientiæ suæ ex eo nascitur, non potuit aliud esse quàm viuens. Item dicit: Dum totum quod ex eo nascitur virtus est, habet natiuitatem Filius, nõ demutationem. Idem libr. 9. de Trinita. Donat Pater Filio tantum esse, quantum est ipse, cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit, quam ex se in sua forma generat. Ecce ex Hilario habes quòd Filius nascitur, & quòd Pater Filium generat. Dicamus ergo Filium natum ante tempora, & semper nasci de Patre, sed cõgruentius semper natum. *Sed inquit hæreticus,* Omne quod natum est nõ semper fuit: quia in id natum est vt esset. *Responsio.* Nemo ambigit quin ea quæ in rebus humanis nata sunt aliquando non fuerint. Sed aliud est *Responsio* ex eo nasci quod semper non fuit: aliud est *Hilary lib.* ex eo natum esse quod semper est. Ibi nec *7. de Tri.* semper fuit qui Pater est, nec semper Pater

est, & qui non semper Pater est, non semper genuit. Vbi autem semper Pater est, semper Filius est. Quia si semper Deo Patri proprium est quòd semper est Pater, necesse est Filio semper proprium esse quòd semper est Filius &c.

DE PROCESSIONE SPI-
ritu sancti quantum ad personam
quæ procedit.

DISTINCT. Decimæ
CAP. Primum.

*Spiritus sanctus procedit vt amor, a
Patre & Filio.*

Cap. 17. **S**piritus sanctus amor est, siue charitas, siue dilectio Patris & Filij. Vnde Aug. 15. lib. de Trinita. Spiritus sanctus nec Patris est solius, nec Filij est solius, sed amorum. Et ideo communem, quia inuicem se diligunt Pater & Filius, insinuat nobis charitatem. & Hierony. super 17. Psalmum ait: Spiritus sanctus nec Pater est, nec Filius, sed dilectio quam habet Pater in Filium, & Filius in Patrem. Idem quoque Aug. testatur lib. 6. de Trinit.

CAP. Secundum. *Charitas, quamuis sit
toti Trinitati communis, Spiritui san-
cto tamen appropriatur.*

Iohānes autem in epist. can. ait: Deus cha^{2. ca. 4.}
 ritas est. Non dixit, Spiritus sanctus cha-
 ritas est. Ideo querendum vtrum Pater
 fit charitas, an Filius, an Spiritus sanctus, an
 ipsa Trinitas. Ad hoc Aug. in eod. lib. ait: Si
 ergo propriè aliquis horum trium charitas
 nuncupari debet, quis aptius quàm Spiri-
 tus sanctus: vt scil. in illa summa simplici que
 natura non sit aliud substantia, & aliud cha-
 ritas, & charitas ipsa sit substantia, siue in
 Patre, siue in Filio, siue in Spiritu sancto? Et
 tamen Spiritus sanctus propriè charitas
 nuncupatur. Ecce his verbis apertè dicit
 Aug. quòd in Trinitate charitas aliquando
 refertur ad substantiam, que communis est
 trium personarum, & tota in singulis: ali-
 quando specialiter ad personam Spiritus
 sancti: Sicut sapientia Dei aliquando pro
 substantia diuina, aliquando pro Filio pro-
 priè accipitur, vt Apost. vocat Christum vir-
 tutem Dei & sapientiam. Ita Iohannes vo-
 cat Spiritum sanctum charitatem, dicens: In^{1. ioh. 4.}
 hoc cognoscimus quia in ipso manemus,
 & ipse in nobis, quia de suo spiritu dedit
 nobis. Spiritus sanctus itaque de quo dedit
 nobis, facit nos in ipso manere, & ipsum in
 nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse ergo
 Deus est dilectio. Ecce his verbis apertè
 dicit Aug. Spiritum sanctum esse charita-
 tem Patris & Filij, & in tantum quoque ser-

*Charitas
 nomen es-
 sentia &
 personæ vt
 Sapientia.*

monem produxit, vt videatur dixisse Spiritum sanctum non solum esse dilectionem Patris & Filij, qua se inuicem & nos diligunt, sed etiam qua nos diligimus Deum.

CAP. Tertium. *Nomen Spiritus sancti est commune & proprium.*

Hic notandum quod sicut Spiritus sanctus in Trinitate specialiter dicitur charitas, quæ est Patris & Filij vnio: ita & nunc nomen tenet propriè quod Patri & Filio communiter quodammodo congruit. Vnde Aug. 15. de Trinita. Si charitas, inquit, qua Pater diligit Filium, & Patrem diligit Filius, ineffabilem communionem commonstrat amborum: quid conuenientius quàm vt ille propriè dicatur charitas, qui Spiritus est communis ambobus? &c. Qui enim est communis ambobus, id vocatur ipse propriè quod ambo communiter.

DE PROCESSIONE SPIRITUS sancti quantum ad personas à quibus procedit.

DISTINCT. Vndecimæ

CAP. Primum.

Spiritus sanctus à Patre & Filio simul procedit.

Dicendum est Spiritum sanctum à Patre esse & Filio, & procedere à Patre & Filio. Quod multi hæretici negauerunt. Sed multis sacræ Scripturæ testimoniis comprobatur. Dicit enim Apost. Misit *Gal. 4.*
 Deus Spiritum Filij sui in corda nostra. *Ec- Ro. 8.*
 ce hic dicitur Spiritus Filij. & alibi: Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam Filius de Spiritu sancto in Euang. Et quem ego mittam vobis à Patre. *Ioh. 18.*
 Spiritus autem dictus est Patris, ubi dicitur, Si Spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis. Ipse Christus dicit: Non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur &c. & alio in loco: Quem mittet Pater in nomine meo. & alibi de Spiritu sancto ait, de Patre procedit.

Error Græcorum.

Græci tamen dicunt Spiritum sanctum tantum à Patre procedere, eo quod in Euang. dicitur, Qui à Patre procedit. & etiam ideo quia in principalibus Conciliis, quæ apud eos celebrata sunt, ita symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt, vt nulli de Trinitatis Fide aliud docere, vel aliud prædicare, quàm quod ibi continetur liceat. In quibus sic dicitur: Quicun-

que à Filio Spiritum sanctum procedere addunt, anathema incurrunt. Vnde & nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam quod de symbolo fidei Leo 3. Romæ transcriptum in tabula argentea post altare B. Pauli posita posteris reliquit. Vbi sic Legitur, Et in Spiritum sanctum, Dominum, viuificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & glorificandum &c. Illud est symbolum quod in missa cantatur, editum in Nicæno concilio, in fine cuius subiunctum est: Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, anathema sit. Ideo Græci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus Spiritum sanctum à Filio procedere, quod ibi non continetur, quia à Latinis adiunctum.

CAP. Secundum. Responsio ad
obiecta Græcorum.

NOs autem verba illa determinamus, qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, id est contrarium docuerit, vel contrario modo prædicauerit, anathema sit. Aliud ergo posuit pro opposito, quæ Gal. I. liter & Apost. ad Gal. Si quis aliud Euangelizauerit, id est contrarium, anathema sit. Nō dicit, Siquis addiderit: Nam si illud diceret, sibiipsi (vt ait August.) præiudicaret,

Nota.
Addere
Euangelio
nō est aliud
euangeli-
zare.

qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat, sicut ad Theſſalonic. vt ſuppleret quæ illorum fidei deerant. Sed qui ſupplet, quod minus erat addit, non quod inerat tollit, &c. Ad illud autem quod Euangelio apponunt, respondemus ita: quia quum dicat in eo Veritas Spiritum ſanctum à Patre procedere, nō addit ſolo. & ideo etiam à ſe procedere non negat: ſed ideo Patrem tantum nominat, quia ad eum ſolet referre quod ipſius eſt, quia ab illo habet. Sed licet Græci verbis diſſentiant, in ſententia tamen conuenire videntur, conſitentes Spiritum ſanctum eſſe filij ſicut & Patris: quia Apoſt. dicit Spiritum Filij: & in Euang. Spiritum veritatis. Eſſe autem Spiritum Patris vel Filij, nihil aliud eſt quàm eſſe à Patre vel Filio. Igitur &c. Vnde etiam quidam eorum catholici doctores intelligentes vnā eādēque fore ſentētiā prædictorum verborum, quibus dicitur Spiritus ſanctus procedere à Filio, & eſſe Filij, profeſſi ſunt Spiritum ſanctum à Filio procedere. Vnde Athanaſius in ſymb. fidei: Spiritus ſanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Idem teſtatur Didymus eorum maximus doctor, libr. 2. de S. Spiritu: Spiritus ſanctus non ex ſe eſt, inquit, ſed ex Patre & Filio. Idem Cyrillus in epiſt. ad Neſtorium, & Iohan. Chryſoſt. in quadam homilia de Gal. 4.

expositione symboli: Ecce Græcorum testimonia quibus Spiritus sanctus à Patre & Filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur Spiritum sanctum ab utroque procedere.

DE ORDINE PROCESSIONIS ab utroque.

DISTINCT. Duodecimæ
CAP. Primum.

*Spiritus sanctus non prius à Patre
quàm filio procedit.*

*Superiori
distinct. i.*

QUUM Spiritus sanctus à Patre procedat & Filio, quæritur an prius vel magis processerit à Patre quàm Filio. quod nicitur hæreticus ita ostendere: Si processit Spiritus sanctus à Patre, & Filio, processit utriusque; aut nato iam Filio, aut nō nato Filio. Si verò iam nato filio processit, antè natum est Filius, quàm processit Spiritus sanctus. Præcessit ergo natiuitas Filij processionem Spiritus sancti: Si autem processit à Patre, nō genito Filio, antè processit quàm Filius genitus fuit.

de principio Spiritus sancti, scilicet Patre & Filio, nunc de ordine personarum istarum à quibus procedit Spiritus sanctus.

Responsio Aug. ad questionem.

CA. 26. **H**is & huiusmodi quæstionibus magis laboriosis quàm fructuosis, respondet Aug. libr. 15. de Trinita. dicens: In illa

D

summa Trinitate nulla temporum interual-
la sunt, per quæ posset ostendi aut requiri
saltem vtrum prius de Patre natus sit Filius,
& postea processit Spiritus sanctus de am-
bobus &c. Non possunt profus ista quæri,
vbi nihil ex tempore inchoatur, & ex con-
sequenti perficiatur in tempore. Ideo qui
potest intelligere sine tempore generatio-
nem Filij de Patre, intelligat sine tempore
processionem Spiritus sancti de vtroque.

C A P. Secundum. *Non plenius aut
magis procedit Spiritus san-
ctus a Patre quàm
a Filio.*

*Quomodo
Spiritus
sanctus
procedat
principa-
liter a Pa-
tre.*

Nunc tractandum est an plenius aut
magis procedat Spiritus sanctus à Pa-
tre quàm à Filio. Ad quod dicimus,
quia sicut non antè procedit à Patre quàm
à Filio, ita non plenius vel magis procedit à
Patre quàm à Filio. Aug. tamè. 15. de Trini.
dicit quòd Spiritus sanctus principaliter
procedit de Patre. Ne te hoc turbaret, ipse
continuò ex quo sensu illud dixerit aperit,
dicēs: Ideo addidit principaliter, quia & de
Filio Spiritus sanctus procedere reperitur.
Sed hoc quoq; illi Pater dedit non iam exi-
stenti & nondum habēti. Sed quicquid vni-
genito verbo dedit, gignendo dedit. Hic er-
go eum genuit, vt etiam de illo donum cō-

mune procederet, & Spiritus sanctus spiritus esset amborum. Ecce quomodo principaliter non quòd priùs aut magis à Patre procedat, sed quia cùm procedat à Filio, hoc ipsum habet Filius à Patre. In quo sensu etiã dicitur à Patre propriè Spiritus sanctus procedere, vt patet ex Hieron. in expositione symboli Nicani, quia hoc habet Pater à se non ab alio, vt de ipso procedat Spiritus sanctus.

To. 4.
ad Cy
ril.

symboli Nicani, quia hoc habet Pater à se non ab alio, vt de ipso procedat Spiritus sanctus.

*Quomodo
Spiritus
sanctus
procedat
a Patre
propriè.*

*C A P. Tertium. Spiritus sanctus
procedit & mittitur à Patre
per Filium.*

Fortè etiam & iuxta hanc intelligentiam dicitur Spiritus sanctus mitti per Filium, & à Patre esse per Filium. Vnde Hilarius libr. 12. de Trinita. In Spiritu sancto tuo ex te perfecto & per eum misso. vbi loquitur ad Patrem de Filio & Spiritu sancto. Idem: Confirma hanc, oro, fidei meæ religionem, vt quod in regenerationis meæ simbolo professus sum, semper obtineam, te Patrem scil. & Filium tuum vnà tecum adorem, Spiritum sanctum tuum, qui ex te per vnigenitum tuū est, promerear. Ecce apertè dicit Spiritum sanctum à Patre per Filiū & mitti & esse. Quod nō est intelligendū quasi à Patre per Filiū minorē mittatur, vel sit: sed quia ex Patre & Filio est, & mittitur ab vtro-

D i

que. Sed hoc ipsum habet Filius à Patre, ut ab ipso sit, & mittatur Spiritus sanctus.

C A P. Quartum. Pater est author processionis Spiritus sancti.

HOc ergo voluit significare Hilar. distinctionem faciens in loquutione, ut ostenderet in Patre esse auctoritatem. Inde est etiam quod Veritas ostendens Patrem esse authorē processionis, quia procedit Spiritus à Filio, dixit in Euangel. De Patre procedit, quum & de Patre & Filio procedat Spiritus sanctus. Unde Aug. lib. 15. de Trinita. quærit: Si de Patre & Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius dixit de Patre procedit? Cur putas, nisi quia solet ad eum referre etiam quod ipsius est, sicut & de quo ipse est, sicut ait: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me? Si ergo hinc intelligitur eius doctrina, quam tamen non dixit suam, sed Patris: quanto magis illic intelligendus est Spiritus sanctus de ipso procedere, ubi sic ait, de Patre procedit? Vtrum diceret, de me non procedit? A quo antè habet Filius ut sit Deus (Est enim Deus de Deo) ab illo utique habet ut de illo procedat Spiritus sanctus. Et ideo Spiritus sanctus, ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre. Quapropter

Patris auctoritas secundum quod D. Hilar. exponit illud Iohan. 14. Pater maior me est. infra Dist. 16.

Ca. 27

Ioh. 7

quī potest intelligere in eo quod habet Fi-
Iohā. 5. lius, sicut Pater habet vitam, sic dedit & Fi-
 lio vitam habere in semetipso: non sine vi-
Aug. lib. 6. ta existenti iam Filio vitam Patrem dedif-
de Tri. se: sed ita eum sine tempore genuisse, ut vita
ca. 26. quam Pater Filio gignendo dedit, coæter-
 na sit vitæ Patris qui dedit.

DE DIFFERENTIA PRO-
 cessionis & Generationis
 in Diuinis.

DISTINCT. Decimætertix
 CAP. Primum.

*Spiritus sanctus nec natus, nec
 Filius dicitur.*

*Compara-
 tur proces-
 sio ad ge-
 nerationē.*

QUum Spiritus sanctus procedat de Pa-
 tre, & sit de substantia Patris, cur non
 dicitur esse natus & Filius, sed
 potius procedens? Aug. id ostendit de Trin.
 15. dicens: Si Spiritus sanctus Filius diceret-
 tur, amborum utique Filius diceretur, quod
 absurdum est. Filius quippe nullus est duo-
 rum, nisi patris & matris. Absit autem ut in-
 ter Deum Patrem, & Deum Filium tale ali-
 quid suspicemur. Non ergo ab utroque est
ad Ma- genitus, sed procedit ab utroque amborum
xim. l. spiritus. Hanc eandem quæstionem idem
3. c. 14. Aug. ita dissoluit, ostendens Maximo.

D iij

CAP. Secundum. Filius dicitur natus & procedens, Spiritus sanctus tantum procedens.

Quum Spiritus sanctus non dicatur genitus sed tantum procedens, quæritur solet cur non dicitur tantum genitus sed & procedens: sicut ipse in Euangelio ait, Ego ex Deo processi & veni in mundum. *Ioh. 16* Non ergo tantum Spiritus sanctus procedit à Patre, sed & Filius.

Ad quod dicimus, quod quum uterque procedat à Patre, dissimiliter tamen. Nam Spiritus sanctus (vt ait Aug. lib. 5. de Tri.) procedit à Patre, non quomodo natus, sed quomodo datus, vel donum. Filius autem processit nascendo, exijt vt genitus. *cap. 14*

CAP. Tertium. Nasci & procedere distinguuntur.

Non omne quod procedit nascitur, quamuis omne procedat quod nascitur. Sicut non omne quod bipes est homo est, quamuis bipes sit omnis qui homo est. Hoc scio: distinguere autem inter illam generationem & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio: ac per hoc quia & illa & ista est ineffabilis: sicut Propheta de Filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit? Ita de Spiritu sancto verissimè dicitur, *Aug. ubi supra. Esa. 53*

Processionem eius quis enarrabit?

C A P . *Quartum. Spiritus sanctus
nec genitus nec ingenuus
debet dici.*

*in dial.
quest.
65. q. 2*

cap. 26

August. ad Orosium ait: Spiritum sanctum nec genitum fides certa declarat. quia si dixerimus ingenitum, duos patres videbimur affirmare. Si autem genitum, duos credere Filios culpamur. Sicut enim solus Filius dicitur genitus, ita & solus Pater dicitur ingenitus, eo quod ab alio non sit. Vnde Aug. lib. 15. de Trinita. Pater (inquit) solus non est de alio: ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium,

Obiectio.

Hieronymus tamen in regulis defensionum contra Hæreticos dicit Spiritum sanctum ingenitum esse, his verbis: Spiritus sanctus Pater non est, sed ingenitus atque incertus, &c.

Dissolutio.

Sed ut istam quæ videtur repugnantiam de medio abigamus, dicimus quod Hierony. aliter accepit nomen ingeniti,

D iij

Ingenitū.

& aliter Aug. Accipit enim Aug. ingenitum qui vel quod non est de alio: & secundū hoc de solo Patre dicitur. Hieron. verò ingenitū dicit non genitum. & secundum hoc de Spiritu sancto potest dici, quum genitus nō sit. Quòd autem Hieron. ita acceperit ostenditur ex verbis quibus in eod. tract. vtitur, faciens talem diuisionem, quod est aut genitum, aut ingenitum, aut factū. Est ergo quod nec natum, nec factū: & est quod natū est, & factū non est: & est quod nec natū est, nec factum est: & est quod factū est, & quod natū est: & est quod factū est, & natū est, & renatum est, & quod factū est: & quod factū est, & renatum non est. Nūc præpositorum singulis rebus subsistētiā destinemus. Quod ergo nec natū nec factum est, Pater est. Non enim ab alio aliquo est. Quod autē natum est, & factū nō est, Filius est. Iterū, Quod nec factū nec natū est, Spiritus sanctus est, quia procedit. Quod etiam factum est & natum non est, Cælum & Terra, cæteraque insensibilia. Quod autē natū, factum, & renatū est, homo est. Quod verò factū, natū, & renatū nō est, animalia sunt. Ecce his verbis ostēdit Hieron. se ingenitū accipere nō genitū. Aliter enim esset præmissa diuisio vera: s. Omne quod est aut ingenitū est, aut genitū, aut factū. Atq; in diuisionis huius psequutione in assignatione ingenitū vbiq; ponit nō natū.

Diuisio rerum vniuersi.

DE PROCESSIONE TEM-
porali Spiritus sancti inuisibili.DISTINCT. Decimæ quartæ
CAP. Primum.*Duplex processio Spiritus sancti.*

Gemina est processio Spiritus sancti, Aeterna videl. quæ ineffabilis est, qua à Patre & filio æternaliter & sine tempore processit: Et Temporalis, qua à Patre & Filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab æterno communiter ac simul procedit à Patre & Filio, ita & in tempore cõmuniter & simul ab utroque procedit ad creaturam non diuisam à Patre in Filium, & à Filio in creaturam. Vnde August. lib. 15. de Trinit. ait: Spiritus sanctus non de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de utroque procedit. quamuis hoc Filio Pater dederit, vt sicut de se, ita etiam de illo procedat.

Ca. 27

CAP. Secundum. Spiritus sancti missio, siue eiusdem donorum collatio est temporalis.

Lib 2. homil. ho. II. **B**eda in hom. Dominicæ. 1. post Ascens. ita de temporali processione loquitur: Cùm gratia Spiritus sancti datur hominibus, profectio mittitur Spiritus à Patre,

mittitur & à Filio: procedit à Patre, procedit & à Filio, quia & ei⁹ missio est ipsa processio. His verbis aperte ostendit donationem gratiæ Spiritus sancti, dici processionem vel missionem eiusdem. Si enim donatio vel datio non sit nisi spiritualis, constat quia & hæc processio siue missio temporalis est. Hanc quoque temporalē Spiritus sancti processionem Aug. lib. 15. de Trinit. insinuat dicēs: Spiritus sanctus processit à Christo, quando post resurrectionem insufflauit in discipulos, his verbis: Accipite Spiritum sanctum. *Io. 20.*

C A P. Tertium. Non solum dona, sed & Spiritus sanctus personaliter datur.

Sunt autem aliqui qui dicunt Spiritum sanctum ipsum Deum non dari, sed dona eius, quæ non sunt ipse Spiritus sanctus. Et hoc dicunt Bedam sensisse, dum superius dixit Spiritum sanctum procedere, cum gratia eius hominibus datur. Sed quod ipse Spiritus .S. qui Deus est, & tertia in Trin. persona, detur aperte dicit Aug. lib. 15. de Trin. *Ca. 26* ita inquit, Eundem Spiritum sanctum datum, cum insufflasset Iesus, de quo mox ait: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Pat. *Matt.* & Fil. & Spirit. san. ambigere non debemus. Ipse est ergo qui etiã de cælo datus est in die Pentecostes. Quomodo ergo, Deus *28.*

non est qui dat Deum, imò quantus est
Act. 2. Deus qui dat Deum? Ecce his verbis aper-
 tē dicit Spiritum sanctum, ipsum scil. Deum
 dari hominibus à Patre & Filio. Et quòd ip-
 se Spiritus sanctus nobis detur, ac nostris
 mentibus illabatur, apertē ostendit, Ambros.
2. Cor. lib. i. de Spiritu sancto dicēs: Licet multi di-
cap. 4. cantur Spiritus (quia legitur, Qui facit an-
Ps 163 gelos suos Spiritus) vnus est tamen Spiritus
 Dei. Ipsum ergo vnum Spiritum. & Apo-
Act. 9. stoli & Prophetæ sunt cōsequuti. Itē in eod.
Ro. 5. lib. de Spiritu. Quid autem dicere dubitem,
 quia datus est & Spiritus sanctus: quum
 scriptum sit, Charitas Dei diffusa est in cor-
 dibus nostris per Spiritum sanctum qui da-
 tus est nobis? qui quum sit inaccessibilis na-
 tura, receptibilis tamen propter bonitatem
 bonus est, complens virtute omnia: sed qui
 solis participetur iustis, simplex substantia,
 opulens virtutibus, vnicuique præsens, diui-
 dens de suo singulis, & vbique totus. Idem
 ait August. de Verb. Apostol. & 4. lib. de
Serm. Trinit.
ca. vlt.

*Questio. An homines possint dare
 Spiritum sanctum.*

Hic quæritur an viri sancti possint aliis
 dare Spiritum sanctum. Quod si sic
 videtur, quum eius donatio sit proces-
 sio, quòd Spiritus sanctus ab eis procedat &

mittatur. Sed creator à creatura non mittitur, ergo non possunt dare. Vnde Augu. 15. *Cap. 10*
 de Trinit. Non aliquis discipulorum Christi dedit Spiritum sanctum. Orabant quippe vt veniret in eos quibus manum imponebāt, non ipsi eum dabant. *Act.* Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat Ecclesia. Vnde & Simon Magus offerēs pecuniam non ait, Date mihi & hanc potestatem vt dem Spiritum sanctum: sed, Cuicūque, inquit, imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. & in eod. li. subdit: Nos quidem accipere hoc donum possumus pro modulo nostro, effundere verò super alios non vtique possumus. Sed vt hoc fiat, Deum super eos inuocamus.

C. A. P. Quartum. Ministri Ecclesie tribuere possunt Spiritum sanctum.

Sed huic videtur cōtrarium quod Apost. ad Gal. de se loquens ait: Qui tribuit *Cap. 3.*
 vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: Ecce euidenter dicit se tribuisse Spiritum. Sed intelligendum est hoc dixisse Apost. non quia haberet potestatem & auctoritatem dandi Spiritum sanctum: sed qui ministerium habuerit, in quo dabatur à Deo Spiritus sanctus. Vt enim ait August. super eundem locum, exponens Apost. illud verbū: Ab Apost. prædicata est eis fides: in qua prædicatione aduentum & præsentiam Spi- *To. 4. in ca. 3. ad gal.*

ritus sancti fenserant, &c. Apertè hic ostendit quomodo illis spiritum sanctum tribuerit: Non utique ipsum mittendo in eos, sed prædicando eis fidem Christi, quam illis recipientibus quòd Spiritus sanctus in eis esset aliquibus signis visibilibus monstrabatur.

DE PRINCIPIO TEMPO-
ralis processiois Spiritus sancti
in personis increatis.

DISTINCT. Decimæquintæ
CAP. Primum.

Spiritus sanctus non solum à Patre & Filio, sed à se ad creaturam mittitur & procedit.

Quum Spiritus sanctus detur omnibus à Patre & Filio, quod est ipsum temporaliter procedere vel mitti: cõsiderandum est an à seipso detur. Ad quod dicimus, quia Spiritus sanctus & Deus est, & donum: ideo dat & datur. Dat ut Deus, datur ut datum. Quum autem datio Spiritus sancti sit operatio Dei, & communis sit & indivisa operatio trium personarum, datur itaque Spiritus sanctus non tantum à Patre & Filio, sed etiam à seipso. Vnde Augu. lib. 15. de Tri. dicit quòd seipsum dat. Nam si Pater & Filius dant Spiritum sanctum (ait) nec ipse dat aliquid: ergo Pater operatur & Filius, quod non operatur Spiritus sanctus.

Dat ergo Spiritus sanctus seipsum. Si autem seipsum dat, ergo à se procedit & mittitur. Quod mirari non debes, quum & Filius à se missus dicatur ab August. 2. lib. de Trinit. *Cap. 5.* & non tantum à Patre.

C A P. *Secundum. Filius & Spiritus sanctus missi sunt.*

N Am vterque (dicit Aug.) legitur missus. De Spiritu sancto enim legimus, Quem mittet Pater in nomine meo. *Io. 10.* & iterum: Si abiero, mittam eum ad vos. & *Io. 16.* Filius de se ait: Exiui à Patre, & veni in mundum. & Apost. dicit: Misit Deus Filium suum. *Iob. 3.* & apud Proph. ex persona Dei: Cælum & *Gal. 4* terram ego impleo. Itaque ubique Deus est: *hie. 23* ubique ergo est Filius, ubique etiam est Spiritus sanctus. Illuc ergo missus est Filius, & Spiritus sanctus, vbi erat.

C A P. *Tertium. Missus est Filius sine Spiritu sancto.*

Q Vum Apost. dicat Filium missum à Patre, intelligitur sanè Pater misisse eum, cum fecit ex foemina, quod utique non fecit sine Spiritu sancto.

C A P. *Quartum. Filius missus est à Spiritu sancto.*

eod. li. 47. c. **E**T quòd à Spiritu sancto Filius sit missus (vt ait Aug. in eod.) authoritatibus confirmatur. Ipse Christus dicit per *Esa. 48* *Esaiam*: Me misit Dominus & Spiritus eius. de hoc *Ambros. li. 3. de Spiritu sancto*: *Cap. 1.* Quis est qui dicit, Me misit Dominus & Spiritus eius, nisi qui venit à Patre, vt saluos faceret peccatores, id est Christus? Ergo & Pater Filium misit & Spiritus sanctus. *Idem in eod. Cap. 2.* Datus est à Patre (vt *Esa. 48* dicit) Puer natus est nobis, & Filius datus est nobis. Datus est audeo dicere, & à Spiritu, quia & à Spiritu sancto missus est. Dicit enim Filius Dei, *Esa. 61* *Esaias* Dominus super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, &c.

CAP. Quintū. Filius datus, missus est à seipso.

Cap. 2. **D**Einde ostēdit esse datū à seipso, ita dicens in eod. lib. Cū enim nō definitū fuerit per prophetiā à quo datus est Filius, ostenditur datus gratia Trinitatis, vt etiam se Filius dederit. Si ergo Filius à se datus est, à se ergo missus est, & à se processit. Idque, scilicet Filium à se mitti, astruit *Aug. lib. 2. de Trinit. dicens*: Fortè aliquis cogat, vt dicamus etiam à seipso missum esse Filiū, quia & Mariæ conceptus & partus, operatio Trinitatis est. Sed inquit aliquis: Quomodo Pater eum misit, si ipse se misit?

Cui respondeo querens ut dicat, quomodo Pater eum sanctificauit, si & ipse se sanctificat? Vtrūque enim Dominus ait: Quem *Io. 10.* Pater, inquit, sanctificauit, & misit in hunc mundū. & alibi: Ego pro eis sanctifico me- *Io. 7.* ipsum. Item quæro, Quomodo eum Pater tradidit, si ipse se tradidit? Vtrunque enim legitur. Credo respondebit, si probè sapit, quia vna voluntas est Patris & Filij, & inseparabilis operatio. Sic igitur intelligat illam operationem & ex Virgine natiuitatem, in qua Filius intelligitur missus vna eademq; operatione Patris & Filij, inseparabiliter esse factam, nõ inde separato Spiritu sancto.

C A P. Sextū. *Missio Filij non est facta per loci mutationem.*

Non enim missus est mutando locum, quia in mundo erat. Quapropter Pater inuisibilis vnā cū Filio secum inuisibili, eundem Filium visibilem faciendo, misisse eum dictus est: qui si ita visibilis fieret, ut cum Patre inuisibilis esse desisteret, id est si in substantia inuisibilis verbi in creaturam visibilem mutata, & transiens verteretur: Ita missus à Patre intelligeretur Filius, ut tantum missus non etiam mittens cum Patre inueniretur. Cū ergo sic est accepta forma serui, ut maneret incommutabilis forma Dei, manifestum est quod à Patre & Fi-

*Aug.
lib. 2.
de tri.
cap. 5.*

lio, non apparentibus factum sit quod apparet in Filio, id est ab inuisibili Patre, non inuisibili Filio, idem ipse Filius visibilis mitteretur.

Obiectio.

Joh. 8. Cap. 5. **S**ed ad hoc opponitur: Si Filius à seipso missus est: cur ergo ait, A meipso non veni? Ad hoc respondet August. lib. 2. de Trinit. Hoc dictum esse secundum formam serui, secundū quam non fecit ut mitteretur: id est, non operatus est incarnationem, sed secundum formam Dei.

Quæstio, An semel tantum sit missus Filius, an sæpe.

Hic quæritur an tantum semel missus sit Filius, an sæpe mittatur. Si enim missio Filij est tantum sui incarnatio, quā semel tantum incarnatus sit, semel tantum missus videtur. At si sæpe mittitur, est & alia eius missio, quā incarnatio. Sed quæ est illa? nūquid æterna genitura missio quæreda?

C A P. Septimum. Solutio, Semel tantum missus est in mundum.

Ad quod dicimus, quod duobus modis mitti dicitur Filius, præter illam æternam quæ ineffabilis est, secundum quā etiam missus posset dici, ut videtur quibus-

E

dam. Sed melius ac verius dicitur secundum
eam genitus. Præter eam ergo dupliciter di-
citur mitti, scilicet vel cum mundo visibili-
ter apparuit carne indutus, vel cum se in ani-
mas pias sic trāsfert, vt ab eis percipiatur ac
cognoscatur. Hos duos modos apertè Aug.
distinguit. 4. lib. de Trinit. Secundum alte-
rum autem modum tantum missus est Dei Ca. 20
Filius: secundum alterum sæpe missus est & mit-
titur quotidie. Nam secundum primum modum
missus est vt sit homo, quod semel tantum factum
est. Secundum verò alterum mittitur, vt sit cum
homine, quo modo quotidie mittitur ad san-
ctos, & missus est etiam ante incarnationem
ad omnes sanctos, etiam angelos. Quod
Aug. declarat lib. 4. de Trin. Aliter mittitur Ca. 20
Sapientia, vt sit cum homine, aliter missa est
vt sit homo, & c. Et secundum primum mo-
dum dicitur missus in mundum, secundum
autem alterum non.

Quæstio, Cur Pater non dicitur missus.

Hic quæritur cur Pater non dicitur missus
quum ex tempore à quoquam cogno-
scitur, sicut Filius. Ad quod dicimus,
quia in eo est principij authoritas, quæ non ha-
bet de quo fit, & à quo Filius, & Spi. sanctus.
Pater enim est (vt ait Aug.) principium totius 4. de
Pater au- deitatis, quia principium est Filij & Sp. sancti. *Trini.*
thor dei- Nam (vt ait Aug. in eod.) si voluisset etiam Ca. 21
tatis.

Deus Pater p̄ subiectā creaturā visibiliter appareret. Absurdissimè tamē aut à Filio quē genuit, aut à Spiritu sancto qui de illo procedit, missus diceretur, &c. Non ideo tamē arbitrandum est minorem esse Filium quōd missus est à Patre (vt ait Aug.) nec ideo minorem Spiritum sanctum, quōd vterq; misit eum. Quoniā nō ideo dicitur Pater vtrunq; misisse, quōd ille esset maior, & isti minores: sed maximè propter principij auctoritatem commendandam. Et quia in visibili creatura, non sicut ille, apparuit.

Filius & Spiritus sanctus nō minores Patre.

4. de Trini. Ca. 21.

DE PROCESSIONE TEMPORALI Spiritus sancti visibilis.

DISTINCT. Decimæ sextæ.

CAP. Primum.

Spiritus sanctus missus est dupliciter.

Sicut Filius duobus modis dicitur mitti: Vno, quo visibiliter apparuit: Altero, quo inuisibiliter à castis mētibus percipitur. Ita & Spiritus sanctus à Patre, & Filio, ac à seipso duobus modis procedere siue mitti siue dari dicitur: Vno visibiliter, altero inuisibiliter.

Datus est enim visibiliter creaturæ demonstratione, sicut in die Pentecostes. Et datur quotidie inuisibiliter, illabēdo mētibus⁹ fidelium.

CAP. Secundum. *Visibili specie missus est Spiritus sanctus.*

E ij

fol. 37b.

ET primò de illo missionis modo quo fit visibili specie. De hoc August. 2. lib. *Cap. 5.* de Trini. In promptu est intelligere de Spiritu sancto cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus sanctus, siue cum in ipsum Dominum corporali specie columbæ descendit, siue cum in die Pentecostes factus est subitò de cælo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & visæ sunt illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum. Hæc operatio visibiliter expressa & oculis oblata mortalibus, missio Spiritus sancti dicta est: non vt appareret eis ipsa substantia, qua & ipse inuisibilis & incōmutabilis est, sicut Pater & Filius: sed vt signis exterioribus visis corda hominum commota à temporali manifestatione venientis, ad occultam æternitatem semper præsentis conuerteretur. Hæc August. Non enim Spiritus sanctus temporali motu tunc venit, vel in homine descendit: sed per temporalem motum creaturæ significata est spiritualis & inuisibilis Spiritus sancti infusio.

Quæstio, Cur Spiritus sanctus non dicitur minor Patre propter creaturam in qua apparuit sicut Filius.

QVærendum, quum Filius dicatur minor Patre secundum missionem qua in forma creata apparuit, cur & Spiritus sanctus non dicatur similiter minor Patre, cum in forma apparuit. Nam & de Filio quod minor Patre sit secundum formam qua missus apparuit, aperte ostendit Augu. 4. li. de Trinit. dicēs: Misit Deus filiū suū, factū ex muliere, factū sub lege, vsq; adeo paruum, vt factum. Fateamur ergo factū minorem, & intantum minorem, inquantum factū: & intantum factū, inquantum missum.

C A P. Tertium. Solutio. Spiritus sanctus non est minor Patre dicendus, vt Filius.

Cap. 6 **A**D quod Aug. lib. 2. de Trinit. ait: Ideo nusquam scriptum quod Deus Pater minor sit Spiritu sancto, vel Spi. sanctus minor Patre: quia non sic est assumpta creatura in qua appareret Spir. sanctus, sicut assumptus est Filius hominis, in qua forma ipseus Dei Verbi persona repræsentaretur, nō vt haberet Verbum Dei sicut alij sapientes, sed quod ipsum Verbum erat. Aliud est enim Verbum in carne, & Verbum caro: id est, aliud est Verbum in homine, & aliud Verbum homo. Non ergo sic assumpta est creatura in qua Spiritus sanctus apparuit, sicut caro illa assumpta est ex Virgine Maria. Non enim columbam, vel flatum, vel

Aliud verbum in carne, & aliud verbum caro.

ignem illum beatificauit, sibi que in unitate personæ coniunxit in æternum.

CAP. Quartum. Filius per formam quam assumpsit. seipso non minor dicitur.

Filius secundum quod homo factus est, non tantum Patre, sed Spiritu sancto. & etiam seipso minor dicitur. Quod seipso minor dicatur secundum formam serui ostendit Aug. lib. 1. de Trin. exponens locum illud, Pater maior me est. quod propter formam serui Veritas dicit. Secundum quem modum etiam seipso minor est. Quomodo enim non etiam seipso minor factus est, qui seipsum exinanauit, formam serui accipiens? &c. Et lib. 2. de Tri. idem ait Aug. Dei Filius est æqualis Patri secundum Dei formam, in qua est: & minor Patre secundum formam serui, quam accepit: in qua non modo Patre, sed etiam Spiritu sancto nec hoc tantum, sed etiam seipso minor inuentus est. Rursus idem in lib. contra Maxim. repetit Aug.

Cap. 7
Io. 14.

Cap. 1.

Cap. 1.

Illud Iohannis 14. Pater maior me est, quomodo exponatur ab Hilario.

Hilarius autem dicere videtur quod Pater fit maior Filio, nec tamen Filius minor Patre. Pater enim dicitur maior propter authoritatem, quia in eo est authoritas generationis, secundum quam dicit, Pater maior me est. Et post. Donauit ei nomen quod est super

Phil. 2 ōne nomē. Cū ergo ait, Pater maior me est, hoc est acsi diceret, donavit mihi nomen. Si ergo (inquit Hilar. lib. 9. de Tri.) Donantis auctoritate Pater maior est, nūquid per doni confessionē Filius minor est? Maior itaq; donans est, sed minor iam non est, cui vnum esse donatur. Ait enim, Ego & Pater vnum sumus. Si non hoc donatur Iesu, vt confitēdus sit in gloria Dei Patris, minor Patre est. Si autē in ea gloria ei donatur esse qua Pater est, habes & in donātis auctoritate, quia maior est, & in donati cōfessione, quia vnū sunt. Maior itaque Pater & Fi'io est, & planē maior, cui tantūm donat esse quantus est ipse, cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit, quē ex se in forma sua generat. Audisti, Lector, quid super hoc dicat Hilarius, cuius verba vbicunq; occurrerint, diligenter nota, piēque intellige.

Nota.

DE PROCESSIONE SPIRITUS sancti inuisibili.

DISTINCT. Decimæseptimæ
CAP. Primum.

Spiritus sanctus est amor siue charitas.

Dictum est suprā, & sacris auctoritatibus ostensum, quod Spiritus sanctus hic affirmatur amor est Patris & Filij, quo se inuicē *magister* *hic affir-* *mat cha-* *ritate qua* amant, & nos. His autē addendum est, quod

E iij

diligimus ipse idem Spiritus sanctus est amor siue cha-
Deum & ritas, qua nos diligimus Deum & proximū.
proximum Quod præmittendum vt plenius intelli-
esse essen- bilis sit ista processio. Ne autem in re tanta
tialiter & aliquid de nostro influere videamur, sacris
formaliter autoritatibus quod dictum est corrobo-
Spir. san remus. De hoc August. lib. 8. de Trinit. ait: Cap. 7
Etū, quod Qui proximum diligit, consequens est vt ip-
reprobat sam præcipue dilectionem diligit. Deus au-
Theologo tem dilectio est: consequens ergo est vt Deū
ŷū Parisiē. præcipue diligit. Item in eod. Deus dilectio
facultas. est (vt ait Ioh. Apost.) vt quid ergo imus &
Has autē currimus ad sublimia cælorum & ima ter-
oēs autho- rarum, quærentes eum qui est apud nos: si
ritates à nos apud Deum esse velimus? Nemo dicat,
Magistro non noui quid diligam. Diligat fratrem, & di-
adductas ligat eandem dilectionem: magis enim no-
soluit d, uit dilectionem qua diligit, quam fratrem
Thomas quem diligit, &c. His verbis satis ostendit
secunda se Aug. quod dilectio ipsa qua diligimus Deū
cū dæ. q 23 vel proximum, Deus est. Sed adhuc apertius
art. 2. ad, 1 in eod. lib. subdit dicens, Dilectionem quan-
ŷ in. 4. tū cōmendat Iohan. Apost. attēdamus. Qui 1. Ioh.
cap. 1. Ioh, diligit, inquit, fratrem, in lumine manet, & scā
exponēs il- dalum in eo nō est. Manifestū est q̄ iustitiæ
lud, Deus perfectionem in fratris dilectione posuerit.
charitas est Nam in quo scandalū non est, vtique perfe-
dit intel ctus est: & tamen videtur dilectionē Dei ta-
ligi posse ef cuiusse, quod nunquam faceret, nisi quia in
fectiue vel ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deū.
formaliter

Et in ead. epist. paulò pòst ait ita: Qui non diligit, non cognouit Deum, quia Deus dilectio est. Ista contextio satis apertè declarat eandem ipsam fraternam dilectionem non solùm ex Deo, sed Deum ipsum esse.

C A P. Secundum. *Fraterna dilectio non est Pater aut Filius, sed Spiritus sanctus.*

QUum autè fraterna dilectio sit Deus, nec Pater est nec Filius, sed tantùm Spiritus sanctus. Vnde Aug. libr. 15. de Tri. Si in donis Dei nihil est maius charitate, & nullù est maius donum Dei quàm Spiritus sanctus: quid cõsequētius est, quàm vt ipse sit charitas, quæ dicitur & Deus, & ex Deo? Ita enim ait Iohā. Dilectio ex Deo est. & paulò pòst: Deus dilectio est. vbi manifestat eam se dilectionem dixisse Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Item in eod. Iohānes de hac re volens apertiùs loqui, In hoc, ait, cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis: quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio.

*Deum non esse charitatem causaliter
sue effectiue.*

Sed ne fortè aliquis dicat illud esse dictum per expressionem causæ, Deus charitas est, eo scilicet quòd charitas sit ex Deo, & non sit ipse Deus: Sicut dicitur, Deus nostra patientia est, & spes: & non quòd sit ipse ista, sed quia ista ex Deo sunt: Occurrit Augustinus ostendens hoc non esse dictum per causam, sicut illa, lib. 15. de Trinitate. ca. 17. Non enim dictum est, Domine charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deus charitas mea, sicut dicitur de spe & patientia. Sed ita dictum est, Deus charitas est, sicut dictum est, Deus spiritus est.

CAP. Tertium. Spiritus sanctus nobis inuisibiliter immittitur, cum per eum, Deum & proximum diligimus.

Tunc enim mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est, ut faciat nos diligere Deum & proximum, per quod manemus in Deo, & Deus in nobis. Unde Augustinus hunc missionis modum insinuans lib. 15. de Trinitate. ait: Deus Spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum: & ipse dilectio est. Non enim habet homo ut diligat Deum, nisi ex Deo. Ecce quomodo datur Spiritus sanctus secundum quòd dicitur datum siue donum.

*folio 34.
r. 38. b.*

Duplex quaestio.

1. **H**ic quaeritur, Si charitas Spiritus sanctus est, cum ipsa augeatur & minuat in homine, & magis & minus per diuersa tempora habeatur, an concedendum sit quod Spiritus sanctus augeatur vel minuat in homine. Quod non videtur, quoniam mutabilis esset.

2. **I**tem, Si Spiritus sanctus charitas & non habenti datur ut habeat, vel habenti ut plenius habeat, quomodo datur non habenti, quum sit ipse Spiritus ubique & in omnibus creaturis totus, & quomodo plenius datur sine sui mutatione?

Responsio ad utramque.

C A P. Quart. Spiritus sanctus non augetur vel minuitur in se, sed in creatura.

4. 17. **H**is itaque respondemus, dicentes quod Spiritus sanctus siue charitas penitus immutabilis est, nec augetur in se vel minuitur, nec in se recipit maius vel minus, sed in homine, vel potius homini augetur & minuitur, & magis & minus datur. Sicut Deus dicitur magnificari in nobis & exaltari, & non in se. Vnde Psal.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur P^s. 63.
 Deus. Super quem locum ait authoritas,
 Deus non in se, sed in corde hominis gran-
 descit. illudque Aug. ostendit super Io. 5. di-
 cens: Sine Spiritu sancto constat nos Chri-
 stum non diligere, & eius mandata seruare
 non posse, & id nos posse atque agere tantò
 minus, quantò illum percipimus minus: tan-
 tò verò amplius, quantò illum percipimus
 amplius. Ideoque non solùm non habenti,
 verùm etiam habenti non incassum promit-
 titur. Non habenti quidem vt habeatur: ha-
 bentem autem vt amplius habeatur. Nam si ab
 alio minus, & ab alio amplius non habere-
 tur, sanctus Helisæus S. Helix non diceret, 4. 70. 2
 Spiritus qui est in te, fiat duplex in me. Chri-
 sto, qui est Dei Filius, non ad mensuram da-
 tus est Spiritus. Secundum quem modum
 dicitur homo proficere, & deficere: & ta-
 men charitas illa nec proficit nec deficit in
 se, quia Deus est. Nam si charitas Dei est
 (inquit August. Homil. 9. in epist. Iohan.) 2
 nec proficit nec deficit. Et ad id quod di-
 citur, quòd Deus vbique est, dicendum
 quòd non omnes Spiritum sanctum ha-
 bent, in quibus est: alioqui irrationa-
 les creaturæ haberent Spiritum sanctum.
 & tamen Deus in illis est, sicut in omni
 creatura,

fol. 37. b.

*Argumenta eorum qui negant eandem
esse charitatem, qua Pater & Filius se
& nos diligunt, & qua Deum
& proximum diligimus.*

Dicit enim Aug. lib. de Spiritu & litera:
Vnde est dilectio, nisi vnde & ipsa fi-
des: id est à Spiritu sancto. Non esset
enim in nobis, nisi & diffunderetur in cor-
dibus nostris per Spiritum sanctum. Chari-
tas autem Dei dicta est diffundi in cordibus
nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos
facit dilectores suos. Sicut iustitia Dei dicitur,
qua nos iusti eius munere efficimur: &
Domini ~~salus~~, qua nos saluat, & non qua iu-
stus aut saluus est, &c. Et libr. 15. de Trinita.
ait: Cùm Iohannes commemorasset dile-
ctionem, non qua nos eum, sed qua ipse di-
lexit nos, & misit Filium suum liberatorem
pro peccatis nostris.

Responsio ad predicta.

His authoritatibus respondetur, dicen-
do quòd hæc verba sic intelliguntur:
Charitas Dei dicta est diffundi, non
qua nos, id est, non ibi appellatur charitas
Dei eo quòd Deus nos ea diligit: sed eo
quòd nos ea sui dilectores facit. Sicut dicitur
iustitia Dei qua nos iustificat &c. Simi-
liter & aliam exponimus authoritatem, ubi

ait dilectionem Dei commemorari, non qua nos eum, &c. q. d. commemorat dilectionem Dei, non secundum quòd ea nos diligimus Deum, sed secundum quòd ipse ea nos diligit.

Quod verò adducunt ex August. 3. de *Cap. i.*
Doctr. Christ. quòd charitas est motus ani-
mi ad fruendum. & libr. de moribus Eccle-
siæ dicitur virtus animi. Soluitur sicut dicitur *Cap. i.*
Deus est spes nostra & patientia no-
stra, quia facit nos sperare & pati. Ita chari-
tas dicitur esse motus siue affectio animi:
quia per eam mouetur & afficitur animus
ad Deum diligendum.

Corrolarium.

Quia per donum quod est Spiritus san-
ctus, singulariter propria diuiduntur,
concedendum est per donum
dona donari. Vnde August. lib. 13. de Trini.
ait: Per donum quod est Spiritus sanctus, in *Ca. 19.*
commune omnibus membris Christi multa
dona diuiduntur.

*De nomi-
ne inquiri-
tur quod
conuenit
Spiritui
sancto, ra-
tione suæ
processio-
nis.*

DE PROPRIETATE SPI-
ritus sancti secundum quam pro-
cedit temporaliter.

DISTINCT. Decimæ octauæ

Questio.

QUum Spiritus sanctus detur & donetur, videtur quòd dici debeat donū & datum. quod Aug. lib. 15. de Tri. videtur dicere, Spiritus sanctus intantum donum Dei, inquantum datur eis quibus datur.

Responsio.

C A P . Secundum. Spiritus sanctus dicitur datum à temporalì processione, sed donum dicitur ab æterna

AD quod dicimus quia Spiritus sanctus & donum dicitur, & datum siue donatum. Sed datum siue donatum ex eo tantum dicitur, quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore.

Donum verò dicitur non ex eo tantum quòd donetur, sed ex proprietate quam habuit ab æterno. Vnde & ab æterno fuit donum. Vnde August. 4. de Trinita. Sicut natum esse est Filio à Patre esse: ita Spiritui sancto donum Dei esse est à Patre & Filio procedere. Donum enim est Patris & Filij (vt ait lib. 5. de Trini.) quia & à Patre procedit & Filio. Cùm ergo ab æterno processerit, ab æterno donum fuit. Non igitur Spiritus sanctus eo tantum dicitur donum, quia donatur: Nam & antè fuit donum quam donaretur. Sed quia sic procedebat vt esset donabile, iam donum erat antequàm esset cui donaretur, vt ait Aug. suprà. Aliter enim intelligitur, cùm dicitur donum (quoniã potest esse

antequam donetur) & aliter cum dicitur donatum, quod nisi datum fuerit, donatum non est.

Ex quo colligitur quod Spiritus sanctus non erat Patri aut Filio donabilis, sed nobis tantum donabilis processit, sicut & nobis tantum datus est: & Filius quamvis datus sit nobis, ab æterno tamen processit, non ut donabilis tantum, sed ut genitus, qui & donari posset, ut dicit August. lib. 15. de Trinit. ca. 14.

CAP. Secundum. Spiritus sanctus per processionem æternam non tantum accepit ut esset donum, sed & essentia.

folio 17. **E**T notandum quod sicut Filius nascendo accepit non tantum ut Filius sit, sed omnino ut sit, & ut substantia sit: ita & Spiritus sanctus à Patre & Filio procedendo accepit non tantum ut Spiritus sanctus sit, vel donum, sed etiam ut omnino sit, & substantia sit. Quod utique non accepit ex eo quod datur, accepisset enim ex tempore ut esset, quoniam datur in tempore. Unde August. lib. 5. de Trinita. Filius non hoc tantum habet nascendo ut sit Filius, sed omnino ut sit. ca. 16.

Questio.

SI Spiritus sanctus procedendo ab utroque non tantum habet ut sit donum, sed ut substantia sit, sicut Filius nascendo: sequitur quod Spiritus sanctus processione substantia est, similiter & Filius natiuitate: quum tamen abbi dicatur quod Pater eo non est Pater, quo Deus est: nec Filius eo Filius, quo Filius est.

Sup.
dist. 5.

Ad quod breuiter respondentes dicimus, quia nec Filius natiuitate essentia est, sed tantum Filius: nec Spiritus sanctus processione essentia est, sed donum tantum: tamen uterque, vnus nascendo, alius procedendo accepit ut esset essentia, ut dicit Hilar. libr. 5. de Trinit.

C A P. Tertium. Spiritus sanctus ut donum, refertur ad Patrem & Filium: ut datum, ad nos & ad eum qui dedit.

Secundum hoc quod Spiritus sanctus supernè donum est, refertur ad Patrem & Filium. Secundum verò hoc quod dicitur datum, vel donatum, ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus datur: & eius dicitur esse qui dat, & illorum quibus datur. Vnde August. libr. 5. de Trinit. Quod datum est, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaque Spiritus sanctus non tantum Patris & Filij qui dederunt, sed

cap. 14

F

etiam noster dicitur qui accepimus.

*Spiritus
Patris di-
citur spi-
ritus no-
ster.*

Quòd autem Spiritus sanctus noster di-
catur scriptura ostendit. Scriptum est enim *Luci.*
de Iohanne quòd in Spiritu Helix venit. &
Mosi ait Dominus: Tollam de Spiritu tuo
quem iam dedi tibi. Ecce quomodo dicitur *Nu.ii.*
Spiritus Helix & Mosi &c. Patet igitur
quia Spiritus sanctus noster dicitur Spi-
ritus, quia nobis datus: datus vtique ad hoc vt
sancti essemus. Spiritus verò creatus nobis
datus est vt essemus.

C A P. *Quartum. Filius Patris non
dicitur Filius noster.*

Hic quæritur vtum & Filius, quum sit
nobis datus, possit dici noster. Ad
quod dicimus, quia Filius dicitur no-
ster panis, noster redemptor: sed non dici-
tur noster Filius, quia Filius dicitur tan-
tùm relatiuè ad eum qui genuit. Sicut nec
dicitur Spiritus sanctus noster, quia Spi-
ritus sanctus eo dicitur quo donum est: ideo
relatiuè dicitur tantùm ad Patrem & Fi-
lium: quamuis dicatur Spiritus tuus, noster,
vel illius, vt dictum est de Helix & Mose.
Si tamen aliquando dicatur donum no-
strum, accipitur pro donato vel dato.

DE AEQUALITATE PERSONARUM.

DISTINCT. Decimænonæ

CAP. Primum.

Tres Personæ sunt æquales.

Fides enim catholica sicut coæternas, ita & coæquales tres personas asserit: quia (vt dicit August. libr. de fid. ad Petr. Nullus horum alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Ob hoc tres vnum rectè credimus & dicimus Deum, quia vna prorsus æternitas, vna immensitas, vna naturaliter est trium Personarum diuinitas.

Cap. I.

CAP. Secundum. Aeternitas, & magnitudo, & potestas in Deo sunt vnum.

Quæcumque enumerentur ista quasi diuersa in Deo, tamen vnum & idem sunt, scil. Diuina essentia simplex. Vnde August. libr. 7. de Trinita. Non alio magnus, & alio Deus est: sed eo magnus, quo Deus. Quia non est illi aliud magnum esse, aliud Deum esse: eadem quippe eius magnitudo est quæ virtus: & eadem essentia quæ magnitudo. Idem testatur August. libr. 7. Confession. & super id

Cap. 4.

F ij

Psalmista, In generatione & generationem Ps. 10.
anni tui.

C A P. 3. Non est vna Persona maior
alia nec dua sunt quid maius
quàm vna

Sciendum est ergo quia Pater non est
maior Filio, nec Pater & Filius maiores
Spiritu sancto: nec magis aliquid duarum
personarum simul quàm vna, nec tres simul ma-
ius aliquid quam duarum: nec maior est essen-
tia in tribus quàm in duabus, nec in dua-
bus quàm in vna, quia tota est in singulis.
Vnde Iohan. Damasc. Confitemur deitatis *Lib. de*
naturam omnem perfectissimè esse in sin- *orth.*
gula suarum hypostateon, id est persona- *fid. c. 5.*
rum, omnem in Patre, omnem in Filio,
omnem in Spiritu sancto. Ideoque perfectus
Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfe- *Cap. 1.*
ctus Deus Spiritus sanctus. Et August. libr. *2.*
8. de Trinita.

fol. A. a.
44. b.

Corrolarium.

*Vna per-
sona est in
alia.*

ET inde est quòd Pater dicitur esse in
Filio, & Filius in Patre, & Spiritus san-
ctus in vtroque, & singulus in singu-
lis. Vnde August. lib. de fid. ad Petr. Propter
vnitatem naturalem totus Pater in Filio &
Spiritu sancto, totus quoque Spiritus san-
ctus in Patre & Filio est. Idem Hilar. expo-

mens illud Iohan. Ego in Patre, & Pater in me, ait *patrem* in Filio, & Filium in *Patre* esse. Plenitudo in vtroque diuinitatis perfecta est. Ambros. idem in epist. 2. Corinth. 5. Per hoc intelligitur Pater esse in Filio, & Filius in Patre, quia vna est eorum substantia.

C A P. 4. *Nulla personarum est pars in Trinitate.*

Nec est aliqua trium Personarum pars Dei vel diuinæ essentia: quia singularum veriùs & plenius Deus est, & tota & plena diuina essentia est: & ideo nulla istarum trium pars est. Vnde August. libr. 3. ad Maxim. sic ait: Putas Deum Patrem cum Filio & Spiritu sancto vnum Deum esse non posse. Times enim ne Pater sit pars vnius Dei: qui constat ex tribus. Noli hæc timere. Nulla enim fit partium in deitatis vnitatis diuisio. Vnus est Deus, Pater & Filius, & Spiritus sanctus, id est ipsa Trinitas vnus est Deus, & summè vnum sunt, vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas voluntatum, &c. His verbis aperte ostendit indifferentem magnitudinem voluntatum.

C A P. Quintum. *Essentia non est genus, aut species, aut persona, aut indiuiduum.*

F iij

fol. 17 a.

Non enim essentia diuina genus est, aut species, & tres personæ species aut indiuidua. quod August. aperte demonstrat libr. 7. de Trinita. dicens: Si essentia genus est, species autem persona (vt nonnulli sentiunt) oportet appellari tres substantias, vt appellantur tres personæ: sicut cum sit animal genus, & equus species, appellantur tres equi, ijdémque tria animalia. Non enim ibi species pluraliter dicitur, & genus singulariter: vt si diceretur, tres equi sunt vnum animal. Sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur. Quum ergo tres personas vnâ fateamur essentiam, non tres esse essentias, quum tres equi tria dicantur animalia, non vnum.

Si verò dicunt nomine personæ non speciem significari, sed indiuiduum, & nomine essentiæ speciem intelligi, vt persona non dicatur, sicut homo, sed sicut hic homo: Sic quoque illos eadem ratio confutabit: Sicut enim dicuntur Abraham, Isaac, & Iacob, tria indiuidua: ita tres homines & tria animalia. In Trinitate autem non item dicuntur tres essentiæ, sicut tres personæ, &c.

C A P. Sextum. *Essentia non est materia, ex qua Personæ.*

cap. 6. **E**ssentia non est materia Personarum, sicut (ait August. in eod. libr.) ex eodem auro fiunt tres statuæ, quas dicimus vnum aurum. Non autem sic Trinitatem, id est tres personas dicimus vnam essentiam & Deum vnum, tanquam ex vna materia tria quædam subsistant. In statu enim æqualibus plus auri est tres simul quàm singulæ, & minus auri est vna quàm duæ. In illa verò essentia nullo modo est ita. Non ergo secundum materialem causam dicimus tres personas vnam esse substantiam, sicut tres statuas vnum aurum.

Nec dicuntur tres personæ vna essentia, vt tres homines vna natura.

Etiam tres personas non ita dicimus vnam essentiam vel vnius essentiæ, vt dicimus tres homines eiusdem vel sexus vel temperationis corporis aut animi, esse vnam naturam vel eiusdem naturæ. Nam in iis rebus (ait August. vbi supra) non tantum est vnus homo, quantum tres homines simul, sicut in statuibus dicimus. non sic autem de tribus personis, &c.

Obiectiones.

Lib. 3. **H**is aduersari videtur Damasc. in-
de ort. **H**ter Græcos maximus, in libr. quem
fid. c. 6. de Trinitate scripsit, quem & papa
F iij

EPIFOME

Ar. b.

Eugenius transferri fecit, ait: Communia & uniuersalia prædicantur de subiectis sibiipsis particularibus. Commune ergo substantia est: Particulare uero hypostasis, id est persona. Particulare autem dicitur non quod partem naturæ habet, sed particulare numero, ut atomus, id est indiuiduum. Numero enim non natura differre videntur hypostases.

Solutio.

fol 17^a.

Videntur autem mihi illa uerba posse sic accipi: Substantia est commune, & hypostasis est particulare. Non ita hæc accipit, cum de Deo dicantur, ut accipiuntur in philosophica disciplina, sed per similitudinem eorum quæ à Philosophis dicuntur, loquutus est: ut sicut ibi Commune & uniuersale dicitur quod prædicatur de pluribus: Indiuiduum uero quod de vno solo: Ita hæc Essentia dicta est Uniuersale, quia de omnibus personis simul & de singulis separatim dicitur: Indiuiduum uero singula quæque personarum: quia nec de aliis communiter, nec de aliqua aliarum singulariter prædicatur. Propter ergo similitudinem prædicationis substantiam Dei dixit uniuersale, & personas particularia siue indiuidua.

Quomodo Hypostases differant numero.

Quod autem Iohanes dicit Hypostases differre, cauendum est quomodo intelligatur. Diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero. Primò quãdo ita differunt vt istud non sit illud, nec aliquid quod illud sit, qualiter differunt Socrates & Plato. Ecce personæ non possunt dici differre numero.

Dicuntur quoque differre numero, quæ in enumeratione siue computatione non sibi adiunguntur, sed à se inuicem discernuntur: vt cum de aliquibus rebus loquentes dicimus, Vna, duæ, tres. Et secundum hunc modum fortè dixit Iohannes Hypostases, id est personas, differre numero. Possimus enim dicere, Pater est vnus: Pater & Filius sunt duo: Pater, Filius, & Spiritus sanctus tres, &c.

C A P. Septimum. Deus non est dicendus triplex.

Prætereà cum Deus dicatur trinus, non tamen debet dici triplex. Ibi enim non est triplicitas, vbi summa est vnitas & indifferens æqualitas. Vnde Augu. lib. 5. de Trinit. Non quoniam Deus Trinitas, ideo triplex putandus est. alioqui minor esset Pater solus, vel solus Filius, quàm simul Pater & Filius. Cum itaque tantus est Pater solus,

Cap. 9

vel solus Filius, vel solus Spiritus sanctus, quantus est simul Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nullo modo triplex dicendus est Deus. In rebus enim corporeis non tantum est una, quantum tres simul. In Trinitate vero summa tantum est una persona, quantum tres simul, &c.

DE PERSONARVM AEQUALITATE IN OPERANDI POTENTIA.

DISTINCT. Vigesima
CAP. Vnicum.

Indifferens est trium Personarum potentia.

Superius dictum est de Personarum aequalitate in magnitudine & aeternitate: nunc de aequalitate earum in potestate.

Icut indifferens est magnitudo trium: Ita una indifferens monstratur potentia. Ita ut non possit plus vnus quam alius, vel duo, quam vnus, &c. Quod Aug. rationibus & autoritatibus astruit lib. 3. contra Maxi. Nihil, inquit, Patre minus habet ille qui dicit, Omnia quae habet Pater, mea sunt. Nam si minus aliquid in potestate habet quam Pater, non sunt eius omnia quae habet Pater. Sed eius sunt omnia quae habet Pater: tantam ergo habet potestatem Filius, quantum Pater. Aequalis ergo est Patri, &c. Habet igitur omnipotentiam quam Pater: aliam si minorem accepit, non omnia quae habet Pater, Filius habet. Et si hoc est, falsum est quod ait Filius, Omnia quae habet Pater, mea sunt.

Item, si Pater produxit Filium minorem

Lib. 3.
Ca. 12.

seipso, aut non potuit, aut non voluit gignere æqualem. Si non voluit, eum invidum dixisti. Si autem non potuit, ubi eius potentia?

contr. *Maxi.* Ecce utrinque Patri derogas.

lib. 3. *cap. 7.* Hoc autem per similitudinem humanam ita esse demonstrat, inquiens: Homo Pater, si potuisset, æqualem Filium genuisset. Quis ergo audeat dicere quod hoc omnipotens non potuit? Adde etiã: si posset homo, maiorem melioremque Filium seipso gigneret. Sed maius vel melius Deo quicquam esse non potest.

Opinionem ponit hæretici ut destruat.

Sed forte dicis, Pat. eo ipso est maior Filio, quia de nullo genit⁹, genuit tamen æqualẽ. Ad quod citò respondebo: imò ideo nõ est Pat. maior Filio, quia equalẽ sibi genuit. Originis enim quæstio ista est, quid, de quo fit: æqualitatis autẽ, qualis aut quãtus fit. Quod est dicere, Ad originẽ pertinet quæstio qua quæritur, quis de quo fit: ad equalitatẽ verò qua quæritur, qualis quãt⁹ fit. Nec cum dicitur Filius à Patre genitus. ostenditur inæqualitas subesse, sed ordo naturæ:

non quo alter prior esset altero: sed quo alter est ex altero. Non ergo secundum hoc, quò Pater genuit, & Filius genitus, vel Spiritus sanctus ab utroque procedit, æqualitas non est in-
Nota.
Procedere
ab altero
non est in-
equalitatis
sed ordinis
naturæ.
 dum hoc alia Persona alij æqualis vel inæqualis dicitur.

E P I T O M E
DE MODO LOQVENDI
de Personis cū exclusiua
dictione.

D I S T I N C T. Vigesima primæ
C A P. Primum.

Conceditur hæc, Solus Pater, &c.

Quoniam dictū est suprà quòd tantus est solus Pater, vel solus Filius, vel solus Spiritus sanctus, quantum simul illæ tres, &c. Ideo quærit August. 5. de Trin. Quomodo hæc sanè dici possunt, quū nec Pater sit solus, nec Filius, nec spiritus sanctus, sed inseparabiles sint hæ tres personæ? Cap. 8

Solus excludit à proprietate relativa Ad quod ita respondet idē Aug. in eod. Solum Deum Patrem dicimus, non quia separatur à Filio, vel Spiritu sancto. Sed hoc dicentes significamus quia illi simul cum eo & non a pluralitate personarū. non sunt Pater: Solus enim Pater, Pater est. quod non dicitur quia ipse sit solus, id est sine Filio vel Spiritu sancto. Cū ergo dicitur, Tantus est solus Pater, quantum simul illi tres, per hoc quòd dicitur solus, non separatur pater ab aliis. Sed hic est sensus: Solus Pater, id est Pater, qui ita Pater est, quòd nec Filius, nec Spiritus sanctus, tātus est. Similiter intellige cū dicitur, Solus est Filius, Solus Spiritus sanctus.

C A P. secundum. *Non conceditur hæc,
Solus Pater est Deus.*

VTrū sicut dicitur Solus Pat. est Pat. vel solus Filius est Filius: ita possit dici, *Essentiales* Solus Pater est Deus. Dicendū quōd *termini de* quum tres personæ sint vnus Deus, Trinitas *personali-* simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut *bus cū ex-* solus sapiens & potens. Ideo hæ non vidētur *clusiua nō* à nobis concedi, nisi vbi sermo authoritatis *dicuntur.* occurrit: Solus Pater est Deus, vel Pater est solus Deus: ita de Filio & Spiritu sancto. vt dicit Aug. lib. 7. de Trinit.

CAP. Tertium. Trinitas solus Deus dicitur.

Quæritur quomodo ipsam Trinitatem dicimus solum Deum, quū sit cū spiri- tibus & animabus sanctis. Ad quod respondet August. lib. 5. de Trinit. dicens: Trinitatem dicimus Deum solū, quā- uis semper sit cū spiritibus & animabus san- ctis. Sed solū dicimus, quia non aliud quàm ipsa Trinitas Deus est. Non enim illi cum il- la Deus sunt, sed ipsa tantum Trinitas Deus est.

CAP. Quartum. Si Pater diceretur solus Deus, non tamen excluderetur Filius aut Spiritus sanctus.

Veruntamen (vt ait Augu.) etsi de solo Patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur Filius aut Spiritus sanctus.

quia hi tres vnum sunt: sicut in Apoc. legi- 1. Io. 5.
tur de Filio, quod habet nomen scriptum, Ca. 19
quod nemo sit nisi ipse. Non enim inde sepa-
ratur Pater aut Spiritus sanctus. Et cum di-
D. Tho. 1. citur, Nemo nouit Patrem nisi Filius, nō in-
9 31. artic. de separantur alij. Aliquando & nominan- Ioh. 17
3. C. 4. tur Pater & Filius, & tacetur Spir. sanctus:
vt Veritas ad Patrē ait, Vt cognoscant te so-
lum Deum. & quē misisti Iesum Christum.
Cur (ait Aug.) tacuit de Spir. sancto? Quia
cōsequens est vt vbiq̄ue nominatur vnus,
reliqui intelligantur.

DE MVLTIPlici NOMI-
num ac prædicationū differentia in diuinis.

DISTINCT. 22. CAP. Primum.

*Sextuplicia sunt Nomina quæ Deo tribuuntur
secundum substantiam.*

DEinde demonstrandū quibus modis de
ineffabili illa Trinitate ac vnitae ali-
quid dicatur. Illud ergo præcipuè te-
neamus quædā esse nomina ad singulas per-
sonas distinctè pertinentia (vt ait Aug. lib. 9.
de Tri.) quæ de singulis tantū dicuntur per-
sonis. Quædā verò essentiae vnitae signifi-
cantia, quæ & de singulis sigillatim, & de o-
mnibus cōmuniter dicuntur. Quædā trāsfla-
tiuè & per similitudinē de Deo dicuntur. Prō-
prietatis itaq; indicia sunt (ait Amb. lib. 2. de
Tri.) generatio, Filius, Verbū: Vnitatis verò

3 æternæ, Sapiencia, Virtus, Veritas, &c. Simi-
 4. litudinis verò, Splendor, Character, Speculū, &
 huiusmodi. Quædã insup que ex tēpore deo
 cōueniunt, & relatiuè ad creaturam dicun-
 tur (vt ait Aug. lib. 5. de Tri.) quorū quædã
 dicuntur de omnibus personis, vt Dominus,
 Creator, Refugiū: Quædã autē nō de oībus
 vt donatus, dat⁹, missus. Præterea vnū nomē
 est, quod de nulla Persona sigillatim dicitur,
 sed de omnibus simul, scil. Trinitas, quod nō
 dicitur secundū substantiã, sed quasi colle-
 ctiuum pluralitatē designat personarū. Sunt
 etiã quædã nomina quæ ex tēpore de Deo
 dicuntur, sed non relatiuè, vt Humanatus,
 Incarnatus, & huiusmodi. Ecce sex nominū
 differentias assignauimus, quibus vtimur lo-
 quentes de Deo, & de quibus agendum est.
 C A P . secundum. Prædicta nomina non eodem
 modo de Deo, & de personis dicuntur.

Illa quæ ppriè ad singulas psonas ptiñt,
 relatiuè adinuicē dicuntur: sicut Pat. & Fi-
 lius, & vtriusque donū Spir, sanctus. Ideo
 substantialiter non dicuntur, vt dicit Augu.

Regula
 prima.

Cap. I. lib. 5. de Trinit. sed relatiuè.

Ea verò quæ vnitatē essentiæ significat, &
 ad se dicuntur, substantialiter vtique dicun-
 tur & de omnibus communiter, & de singu-
 lis sigillatim dicuntur personis, & singulari-
 ter & non pluraliter accipiuntur in sum-
 ma, vt Deus bonus, potens, magnus, &c.

Regula
 secunda.

f. 18. a.

Io. 1.
 Ca. 19
 ob. 17

Non tamen magnus est, aut potens, aut alia
magnitudine, potentia, aut bonitate, quæ
non sit ipse Deus: alioqui maior esset ma-
gnitudo quàm ipse Deus.

DE HOC NOMINE

Persona.

DISTINCT. Vigesima tertie
CAP. Primum

Persona est nomen substantiæ.

Est tamen vnum nomē substantiæ, Per-
sona, quod secundum substantiam di-
citur de singulis personis, & pluraliter
non singulariter in summa accipitur. Dici-
mus enim, Pater est persona, Filius est perso-
na, Spiritus sanctus est persona: Nec tamen
dicitur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt
vna persona, sicut dicuntur vna substantia: sed
tres Personæ. Hoc ergo nomen excipitur à
prædicta regula nominum, quæ secundum
substantiam de Deo dicuntur, quæ dicun-
tur singulariter & non pluraliter de omni-
bus personis in summa.

Quod autem Persona secundum substan-
tiam dicatur Aug. ostendit lib. 1. de Trinit.
dicens: Non est aliud Deo esse, aliud Perso-
nam esse, sed omnino idem. Item: In hac Tri-
nitate cum dicimus Personam Patris, non
aliud dicimus quàm substantiam Patris.

Quocirca vt substantia Patris ipse Pater est, non quo Pater est, sed quo est: Ita & Persona Patris, non aliud quàm ipse Pater est. Ad se quippe dicitur Persona, non ad Filiũ, aut Spiritum sanctum: Sicut ad se dicitur Deus magnus, bonus, &c. Et sicut hoc illi est esse, quod Deum esse, quod magnum esse, &c. Ita hoc est illi esse, quod Personam esse.

C A P. *Secundum. Tres Hypostases in Diuinis non dicuntur vna Persona.*

I Deo oritur quæstio difficilis quidem, sed *Tres per-* non inutilis, cur non dicantur hi tres vna *sonæ non* Persona, sicut vna essentia & vnus Deus. *substantiæ*

Quam quæstionem August. diligenter tra- *dicuntur.*

Cap. 6. Et atque congruè explicat lib. 7. de Trin. dicens: Quia volumus vel vnum aliquod vo-

cabulũ seruare huic significationi, qua intelli-

gitur Trinitas, ne omnino taceamus interro-

gati quid tres essent, cum tres esse fateamur.

Idẽ ait li. 5. de Tri. Ecce ostẽdit qua neces- *Cur tres*

sitate dicatur pluraliter Personæ, videl. vt hoc *hypostases*

vno nomine quærentibus de tribus respon- *dicere coar-*

deamus. Qua necessitate nõ solũ Latinus *Et sunt*

sermo, sed etiã Græcus eadẽ penè super hac *Græci.*

Cap. 4. re laboras nominũ penuria coarctatur. Vnde *Vsia, Hy*

Aug. lib. 7. de Trini. ait: Loquendi causa de *postasis, et*

ineffabilibus vt fari aliquo modo possemus: *Persona*

dictum est à Græcis vna essentia, tres sub- *Personæ*

stantiæ. vna *Vsia*, tres Hypostases. Aliter enim *differunt.*

Græci accipiunt substantiam quàm Latini: à Latinis autē dictum est vna essentia siue substantia, & tres personæ: quia nō aliter in nostro sermone Latino essentia quàm substantia solet intelligi. Propterea autem dicimus tres personas, quia commune est eis id quod Persona est.

C A P. 3. *Tres Personæ non sunt tres Dij.*

Questio. **S**ed quæritur, quū dicamus Patrē & Filiū & Spiritū sanctū tres personas: quia cōmune est eis quod Persona est, id est quia Pater est persona, & Filius est persona, & Spir. sanctus est persona: cur non dicimus similiter tres Deos, cū Pater sit De⁹, & Fili⁹ sit De⁹, &c. Hanc quæstionē mouet Aug. ac

Solutio. definiens lib. 7. de Trinit. dicit quia scriptura cōtradicit tres Deos esse, & non tres personas: ideo necessitate loquendi tres personas nobis dicere licet. Nō quia scriptura dicit, sed quia non contradicit. Contradicit autem tres Deos, esse: Audi Israel: Deus tuus 8, Deus vnus est. Cap. 4

C A P. *Quartum.* *Tres Personæ non dicuntur tres essentiæ.*

Questio. **V**erū & hic emergit alia quæstio, quā consequenter August. annectit dicens: Cur, inquit, & tres essentias non licet dicere? quod similiter Scriptura sicut non

dicit, ita nec contradicit. Si dicas, propter vnitatem Trinitatis in essentia affirmandam, quæro cur propter eandem Trinitatis vnitatem non dicamus, vna persona, & non tres personæ. Dicendum quod humana inopia timuit dicere tres essentias: ne intelligeretur in illa summa æqualitate vna diuersitas. Rursum non poterat dicere non esse tria quædam. quod quia dixit Sabellius, in hæresim lapsus est. Quæsiuit ergo quid tria diceret, & dixit tres personas, siue tres substantias, secundum Græcos. Quod enim de personis secundum nostram, hoc de substantiis secundum consuetudinem Græcorum oportet intelligi. Si enim illi dicunt tres substantias, vnâ essentiam, id est tres Hypostasies, vnâ Vsiam: sicut nos dicimus tres personas, vnâ essentiam, vel substantiam. Quanquã & illi si vellēt, sicut dicunt tres substantias, tres hypostasies, possunt dicere personas, tria Prosopa. Illud autē maluerūt dicere, quia fortasse secundum linguæ suæ consuetudinem aptius dicitur.

Solutio.

de vsu huius
nominis hy-
postasis in
frã dist. 26
et d. Tho.

CAP. Tertium. In Trinitate nulla
diuersitas, singularitas, vel solitudo,
sed vnitas & Trinitas.

1. q. 29. ar.
2.

Cap. 4. **I**N Trinitate nulla penitus diuersitas, nec singularitas, nec solitudo. Vnde August. libr. 7. de Trinitate ait: Humana inopia quærens quid diceret tria, dixit tres

G ij

E P I T O M E

personas vel substantias. Quibus nominibus non diuersitatem voluit intelligi, sed singularitatem: noluit, vt non solum ibi vnitas intelligatur, ex eo quod dicitur vna essentia, sed Trinitas, ex eo quod dicuntur tres personæ. Idem Hilarius lib. 7. de Tri. ait dicēs: Dominus dicit, Qui me videt, videt & Patrem. Cùm hoc dicitur, excluditur singularitas, atque vnici, id est solitarij intelligentia. Nā nec solitarium sermo significat, & indifferentem tamen naturam professio docet. Vnum sunt enim neque vnus. Non itaque solitarius Filius est, nec singularis, nec dispar. Item *To. 4. Ambros. lib. de Fide.* *q. 122.*

Et sicut in Trinitate non est diuersitas, ita nec multiplicitas. Et ideo non dicendus multiplex, sed trinus & simplex. Nam dicit Ambros. lib. primo de Fide: Non multiplex esse potest quod indifferens est. Isidorus tamen vt dicit vnitatem in ea esse singularem, capiēdo singularem pro vna: ita dum dicit Trinitatē multiplicē, capit multiplicē pro trina. *lib. 5. Cap. 2.*

Deus non dicitur multiplex.

DE NOMINIBVS NUMERALIBVS, & distinctionibus.

D I S T I N C T. Vigesimaquartæ
C A P. Primum.

Nomina numeralia non ponunt aliquid in Diuinis, sed remouent.

Quæritur quid significetur his nominibus, scilicet vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctæ vel distinctio, cum dicitur vnus Deus, duæ personæ, vel plures, vel distinctæ, aut earum pluralitas, vel distinctio, ac trinitas. Videmur enim hoc dicentes numerorum quantitates & rerum multitudinem vel multipliciter in Deo ponere.

Responsio.

Si diligenter præmissis authoritatū verbis intendimus, vt dictorum intelligentiam capiamus, magis videtur horum verborum vsus introductus ratione remouēdi atque excludendi à simplicitate deitatis quæ ibi non sunt, quàm ponēdi aliqua. Cum enim dicitur vnus Deus, pluralitas Deorum excluditur. Nec numeri quantitas in diuinitate ponitur, tanquam diceretur Deus est:

*Nomina
numerorū
& distinctio-
num di-
cūt in Deo
negationē.*

Lib. 1. cap. 2. Nec multi sunt vel plures dij. Vnde Ambro. in lib. de Fide: Cum vnum dicimus Deum, vnitas excludit numerum Deorū: nec quantitas in Deo ponit, quia nec numerus nec quantitas ibi est. Similiter cum dicitur, Vnus est Pater, vel vnus est Filius, vel huiusmodi. Ratio dicti hæc est, quod non sunt multi Patres vel multi Filij: ita & de similibus.

Inter articulos Magistri vide 2. & 3. ex primo lib.

Item cum dicimus plures esse personas, singularitatem atque solitudinem excludi-

mus, nec diuersitatem nec multiplicatē ibi ponim⁹: quasi dicatur, sine solitudine ac singularitate personas confitemur: vt dicit Hilar. 4. de Trinit.

Ita cū dicimus tres personas, nomine ternarij non quantitātē numeri in Deo ponimus, vel aliquam diuersitatem, sed intelligentiam, nō ad alium, nisi ad Patrem, Filium, & Spiritum sanctum dirigendam significamus: vt sit huius dicti intelligentia, Tres personæ sunt, vel tres sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, id est, nec tantū Pater, nec tantū Filius, nec tantū Pater & Filius in deitate sunt, sed etiam Spiritus sanctus, & non alijs ab ijs. Similiter cū dicimus, Duo sunt Pater & Filius, non dualitatis quantitatem ibi ponimus: sed hoc significamus, quōd non est tantū Pater, nec tantū Filius, sed Pater & Filius: & hic non est ille. Ita cū dicimus, Pater & Filius sunt duæ personæ, hoc significamus quōd nō tantū Pater est persona, nec tantū Filius est persona: sed Pater est persona, & Fili⁹ est persona, & hæc nō est illa.

CAP. Secundum. Distinctio excludit confusionem in personis, similiter discretio.

CUm autē dicimus, distinctæ Personæ, vel distinctio in personis, confusionem atque permixtionē excludimus in personis, & hanc non esse illam significamus,

Cúmque addimus, distinctæ sunt personæ proprietatibus siue differētes proprietatibus, aliã esse hãc personã, & aliã illã suis proprietatibus significamus. Et cum dicimus, aliã & aliam, non diuersitatē vel alienationem ibi ponimus, sed confusionem Sabellianam excludimus. Et ita cum dicuntur discretæ personæ, vel discretio in personis, eandē intelligentiã facimus. Eodem enim modo accipitur discretio, quo distinctio. Cum verò dicitur Trinitas, id significari videtur quod significatur cum dicitur, Tres personæ: ut sicut non potest dici, Pater est tres personæ: ita non debet dici, Pater est Trinitas.

DE SIGNIFICATIONE HUIUS NOMINIS Persona, cum dicitur pluraliter.

D I S T I N C T. Vigesimaquintæ

C A P. Primum.

Personæ nomen significat essentiam in supposito.

Q Vum prædictum sit hoc nomen Persona dicere substantiã, considerandum est quis sensus sit, dum dicitur, Tres personæ, vel alia persona Patris, alia, &c. Nã videmur plures essentias cõfiteri, & ita plures Deos. Si verò ibi essentiæ significationē nō tenet, alia est huius nominis ratio, cum dicitur,

G iij

Pater est persona, & Filius est persona, & cum dicitur, Pater & Filius sunt personæ, & cum dicitur alia persona Patris, alia Filij, &c. Quod non videtur, quia dicit Aug. quod dicitur tres personæ, quia id quod persona est, commune est tribus, ut supra dictum est.

Aliter etiam ostenditur, quia (ut supra dixit Aug.) ea necessitate dicimus tres personas, ut responderemus quærentibus quid tres? per quid autem de essentia quæritur: Non enim inuenitur quid illi tres sint, nisi essentia.

Responsio.

Prima opinio.

Quibusdam videtur quod nomine personæ significetur essentia, cum dicitur, sunt tres personæ, propter verba Aug. supra adducta: sensusque erit illius, Sicut tres id habentes commune quod est persona: id est tres sunt quorum quisque est persona, id est essentia. Sed quomodo iuxta hunc sensum dicitur, alia persona Patris, alia Filij? Et hoc etiam ita voluit intelligere, scilicet. Alius est Pater, & alius est Filius. Id tamen commune habentes quod est persona: idque confirmant autoritate Aug. lib. 7. de Tri. dictis, quod non aliud est essentia, & aliud persona. Sed quid respondebunt Aug. lib. de Fid. ad Petr. dicenti, alius est Pater in persona, siue personaliter: & alius personaliter Filius? &c. quæ in persona non conueniunt: ergo per personam non intelligendum est essentiam. Cap. 6

Reprobatio.

Ideo congruentius iuxta Catholicorum *Opinio*
sententiam aliter videtur nobis dicendum, *Magistri.*
scil. quod hoc nomen Persona multipli-
cem intelligentiam facit. Intelligentia au-
tem dictorum (ait Hilar. lib. 4. de Trinita.)
ex causis est assumenda dicendi: quia non *Nota regu-*
sermoni res, sed rei sermo subiectus est. *lam intel-*
Discernentes ergo causas huius nominis Per- *ligendi scri-*
sona, significationem distinguimus, dicentes *pturam.*
quod illud proprie secundum substantiam
dicitur, & essentiam significat, cum dicitur,
Deus est persona, Pater est persona: ut dicit
August. Quadam tamen necessitate trans-
latum est hoc nomen, ut supra dixit August.
ut pluraliter dicerentur tres personæ, cum
quereretur quid tres aut tria. Vbi non si-
gnificat essentiam, quæ est communis tri-
bus, sed subsistentias, vel hypostasas, secun-
dum Græcos. Qui aliter accipiunt substan-
tiam, id est hypostasim, quam nos, qui dici-
mus substantiam esse essentiam siue natu-
ram, personas autem dicimus hypostasas.
Cum ergo dicimus tres personas, non ibi
Personæ nomine essentiam significamus.
Quid ergo dicimus? Dicimus quia tres per-
sonæ sunt, id est tres substantiæ siue tres
entes, pro quo Græci dicunt tres hyposta-
sas. Et hic sensus adiuuatur verbis August.
dicentis tres personas esse vnam essentiam, &
non ex eadem essentia: nec aliud intelliga-

tur ibi esse persona, aliud essentia. Tres enim illæ personæ, id est substantiæ, vna sunt essentia, & vnius essentiæ: non autem sunt vna persona: vel licet Persona dicatur secundum substantiam aliquando: Nam si hoc diceretur, confusio fieret in personis.

Obiectioni respondetur illorum qui dicunt hoc nomen, Persona, pluraliter dictum dicere substantiam.

AD hoc autem quod illi dicunt, cum quæritur quid tres vel tria, de essentia quæritur: quia non inuenitur quid illi tres sint, nisi essentia: Dicendum quod dum quæritur quid tres, vel quid tria, non de essentia quæritur: nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed cum fides Catholica (sicut Iohannes in Can. Tres sunt qui testimonium) tres esse confitetur, dum quærebatur quid illi tres: sensus erat an essent tres res, & quæ tres res, & quo nomine illæ significarentur. Et ideo loquendi necessitate inuentum est hoc nomen Persona, ad respondendum, & dictum est tres personæ.

Quid non quæritur semper de essentia.

Nota.

Alia persona Patris In quo sensu intelligatur dum dicitur, Alia persona Patris, alia Filij & c. id est alia substantia Patris, vel hypostasis, alia Filij. In quo similiter sensu & accipi posset dum dicitur, Alius Pater alius: congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, vt hic Personæ nomine proprietas

Personæ intelligatur : quasi dicat, Alius est in persona siue personaliter Pater, id est proprietate sua Pater alius est quàm Filius: quia paternali proprietate distinguitur hypostasis Patris ab hypostasi Filij, &c. Hoc etiam modo accipi potest Persona in præmissis loquutionibus, Alia persona Patris, alia Filij &c.

C A P. *Secundum. Nomen Personæ multipliciter dicitur.*

EX prædictis colligitur quòd nomen Personæ in Trinitate tripliciter dicitur : aliquando pro essentia, aliquando facit intelligentiam hypostasis, aliquando facit intelligentiam proprietatis. De prima supra. De duabus autem acceptionibus, ne coniecturis aliquid dicere videamur, D. Hieronymum in expositione fidei Catholicæ ad Damasum ita dicentem audiamus : Impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, &c. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel (vt Græci exponunt) hypostases, id est subsistências confitemur, &c. Ecce hic apertè dicit Hierony. proprietates esse personas, & personas esse subsistências. Ecce nomine Personæ significatur & hypostasis & proprietas. Iohannes etiam Damascenus Personas ipsas dicit esse hyposta-

ses, & eas dicit entes, ita inquiens: In deitate
vnâ naturam confitemur, & tres hypostasēs
secundum veritatem entes, id est personas.

DE PROPRIETATIBVS
Personarum.

D I S T I N C T. Vigesima sexta
C A P. Primum.

Cautè vtendum nomine Hypostasis.

NVnc de Proprietatibus Personarum,
quas frequenter in hoc tractatu com-
memorauimus, aliquid loqui nos o-
portet. Sed primùm audiāmus quid de hoc
nomine Hypostasis Hieron. dicit. Ait enim
ad Damasum papam sub hoc nomine ve-
nenum latere, quoniam multi hæretici eo
vtabantur, vt simplices seducerent, scil. pro
persona & pro essentia. Et ideo dicit hoc
nomine non vtendum sine distinctione vel
expositione, quando cum hæreticis conten-
debat, ne simplices crederent in Trinitate
tres esse substantias.

C A P. Secundum. *Tres Proprietates
Personarum sunt.*

IAm de Proprietatibus personarum videa-
mus. Ait Aug. in libr. de Fid. ad Petr. Est ^{cap. 10}
propriū solius Patris, non quia non est
natus ipse, sed quia vnū Filium genuerit:

Propriūmque solius Filij, non quia ipse non genuit, sed quia de Patris essentia natus est. Propriūm verò Spiritus sancti est, non quia nec natus est ipse, nec genuit, sed quia solus de Patre Filioque procedit. Ecce tres proprietates Personarum, scil. generatio, natiuitas, processio: quæ alijs nominibus dicuntur, Paternitas & Filiatio, quas designat nomina Personarum, scil. Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

C A P. Tertium. Proprietates in Deo non dicuntur secundum substantiam, nec secundum accidens, sed secundum ad aliquid.

Proprietates illæ notant relationes, quæ non sunt Deo accidentales: sed in ipsis personis ab æterno immutabiliter. Vnde Aug. lib. 5. de Trinit. Nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicuti Pater dicitur ad Filium. quod non est accidens, quia & ille semper est Pater, quia semper natus est Filius. Quod si aliquando cepisset esse, aut aliquando desineret esse Filius, secundum accidens diceretur. Et quia Pater non dicitur Pater, nisi ex eo quod est ei Filius: & Filius non dicitur Filius, nisi ex eo quod habet Patrem, non secundum substantiam hæc dicuntur, sed ad-

inuicem ista dicuntur. Neq; tamen secūdam accidēs, quia esse Patrem & Filiū incommutabile est eis, id est proprietas qua dicitur Pater aut Filius, æterna est & incommutabilis.

*Homines
non dicun-
tur filij Dei
proprie-
tate.*

Quòd si dicamur filij Dei (vt Psal. 81. Filij excelsi omnes) hoc non generationis proprietate: genuisse enim Deum Filios (ait Hilar. 12. de Tri. i.) nūquā cum proprietate significationis cognoscimus dici, sed factura & adoptione. Et ideo efficitur magis Filij Dei, quā nascamur: nec semper sumus filij Dei. Filius autē proprietate nascibilitatis & solus Filius est, & semper Filius est, &c.

Homo verò non tantū Patris, sed & Filij & Spiritus sancti Filius est, id est totius Tri- Cap. II
nitatis Filius est, & Trinitas ipsa Pater eius dici potest. Vnde Aug. lib. 5. de Trinit. Non potest dici Trinitas Pater, nisi fortē translatiue ad creaturam, propter adoptionem filiorum. Item Hilar. lib. 6. de Trinit. Omnibus per fidem Deus Pater est, &c.

C A P. Quartum. Spiritus sanctus proprietate dicitur donum Dei.

ITa etiā de Spiritu sancto dicēdum est, qui propriè dicitur donū Dei, quū tamē plura sint & alia dona Dei. Sed Spi. sanctus proprietate immutabili & æterna donū est, sicut Filius proprietate est Filius. Eo enim dicitur donū, quo Spiritus sanctus, & utroq; utique nomine relatiue dicitur, eadēque dicitur

Spi. sanctus & donū: licet ipsa relatio non ita
 appareat in hoc nomine Spiritus sanctus, si-
 cut in hoc nomine donum. Vnde Aug. lib. 5.
 de Trinitate. ait: Spiritus sanctus qui non est
 Trinitas, sed in Trinitate intelligitur, in eo
 quòd propriè dicitur Spiritus sanctus, relati-
 uè dicitur, cum ad Patrem & Filium refer-
 tur: quia Spiritus sanctus & Patris & Filij
 Spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in
 hoc nomine: apparet autem cum dicitur do-
 num Dei. Donū enim est Patris & Filij, quia
 à Patre procedit & Filio: ergo Spiritus san-
 ctus ineffabilis quædam Patris Filijque com-
 munitio est. Et hoc ipse propriè dicitur S. Spiri-
 tus, quod illi cōmuniter. Vt ergo ex nomine
 quod vtrique conuenit, vtriusque cōmunitio
 significetur, vocatur donum amborum Spi-
 ritus sanctus. Sed cum Pater vel Filius dici-
 tur Spiritus, vel sanctus, neutrum relatiuè di-
 citur, sed secundum substantiam.

Vnde Trinitas quauis nullo modo possit
 dici Filius: potest tamè dici vniuersaliter Spi-
 ritus sanctus: ut ait Aug. lib. 5. de Trini. secundum
 id quod scriptū est, Quoniam Deus spiritus
 est. Itaq; Pater & Filius & Spiritus sanctus,
 quoniā vnus Deus est, & vtiq; Deus sanctus
 est, & Deus Spiri. est, potest appellari Trini-
 tas & Spiritus sanctus. Sed tamen tunc Spi-
 ritus sanctus (qui nō est Trinitas sed in Trinitate)
 relatiuè, non secundum essentiam dicitur.

Cap. II
 Iob. 4.

Obiectio eorum qui dicunt relatiuè Spiritum sanctum non dici ad Patrem & Filium.

Quidam putant Spiritum sanctum non dici relatiuè ad Patrè & Filium, quia relatiua suis inuicè respōdent vocabulis: vt Pater Filij Pater, & Filius Patris Filius: sed non ita dicitur Spiritus sanctus, vel donum Patris, Spiritus sanctus, vel donū: ergo Pater Spiritus sancti, vel doni Pater. Sed iis respondet Augu. lib. 5. de Trinit. dicens: Non te moueat, quoniam diximus Spiritum sanctum relatiuè dici, licet non respōdeat ei vicissim vocabulum eius ad quē refertur. Dicimus enim Spiritum sanctum Patris, sed non vicissim dicimus Patrem Spiritus sancti, ne Filius eius intelligatur Spiritus sanctus. Item dicimus Spiritum sanctum Filij, sed non dicimus Filium Spiritus sancti, ne Pater eius intelligatur Spiritus sanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, vt nō inueniatur vocabulum, quo sibi vicissim respondeant. Dicimus tamen donum donatoris, & donatorem doni: Donator tamen non fuit Deus nisi ex tempore, cū Spiritus sanctus sit donum & ab æterno.

DE DIVERSIS NOMINIBUS proprietatum personalium.

DISTINCT. Vigesima septimæ
CAP. Primum.

*Consentiunt in proprietatibus Hilar. & Aug.
quamuis nominibus differant.*

Proprietates quas Hilar. 12. lib. de Tri.
(scil. quòd Patri proprium est quòd
semper est Pater, & proprium Filij
quòd semper est Filius, &c.) assignauit, &
quas August. superius distinxit, dicens pro-
prium esse Patris quòd genuit Filium, &
proprium Filij quòd genitus est à Patre, &
Spiritus sancti quòd procedit ab utroque,
eòdem sunt, licet diuersis nominibus signifi-
cate: quia semper Patrem esse est semper ge-
nerari: & semper Filium esse est semper ge-
nitum esse. Ergo proprietas qua Pater pater
est, est quia semper genuit. Et hæc eadem
dicitur Paternitas vel Generatio. Sic & de
Filio & de Spiritu sancto. Quamuis autem
eadem proprietas significetur per Patrè esse
& genuisse Filium, aut Filiū esse & genitum
esse, &c. tamen differunt aliqua in parte:
quoniam nomen Patris, aut Filij, aut Spiri-
tus sancti non tantum relationem significat,
sed & hypostasim: i. substantiam. Paternitas
autem, Filiatio, aut Processio: vel Gignere,
gigni, procedere, ipsas tantum relationes nō
hypostasies significant. Vnde cum nomina
relationum ponimus in prædicatis, notiones
ipsas tantum significamus, non hypostasies: ut
cum dicimus, Deus genuit, id est habet Fi-

H

lium: Deus genitus est. i. habet Patrē. Et tūc oportet intelligi hypostasēs tantūm in subiectis, & non essentiam, quæ illis proprietatibus determinantur. Et à se inuicem differūt, sed non secedunt. Vnde Iohā. Damasc. Non differunt ab inuicem hypostasēs secundum substantiam, sed secundum characteristica idiomata. i. determinatiuas proprietates. Lib. 3.
de Fid.
Orth.
ct. 6.

CAP. Tertium. Genitor, Genitus, Verbum, Imago sunt proprietates. e. 7.

Hic non est prætermittendum quod sicut Pater, Filius, & Spiritus sanctus nomina Personarum sunt, & proprietates personales designant: ita etiam sunt & alia nomina Personarum, id est quæ ipsas significant, & earum proprietates denotant, & easdem quas & nomina prædicta. Vnde & Relatiua dicuntur. Nam August. lib. 5. de Trinit. dicit hoc significari cum dicitur Genitus, quod significatur cum dicitur Filius. cap. 6.
Ideo enim Filius, quia genitus: & quia Filius, utiq; genitus. Sicut autem Filius ad Patrem, sic genitus ad genitorem, & genitor ad genitum. Idem lib. 6. de Trinita. Verbum quidem solus Filius accipitur, non simul Pater & Filius, tanquam ambo sint vnū Verbum. Capit.
Sic enim Verbum dicitur quomodo Imago. Non autem Pater & Filius sunt simul Imago, sed Filius solus est Imago. Capit.
Et lib. 5. de Trinit. dicitur relatiuè Filius, relatiuè di-

citur Verbum, & Imago: & in omnibus iis vocabulis ad Patrem refertur: Pater autem nihil horum dicitur.

Regula generalis eorum quæ dicitur relatiuè.

Q Vicquid ad se dicuntur (ait Aug. libr. 6. de Trinit.) non dicitur sine altero: id est, quicquid dicitur quod substantiam eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Ergo nec Pater est Deus sine Filio, nec Filius sine Patre: sed ambo simul Deus: sed non ambo simul Pater, non ambo simul Filius, Verbum, vel Imago.

C A P. Quart. Deus non dicitur relatiuè.

AD quod dicimus, quia licet Deus secundum substantiam dicatur & Lumen, & Sapientia, & huiusmodi, & nunquam relatiuè accipiuntur: aliquando tamen pro relatiuis, id est personis, sed non relatiuè accipiuntur: ut cum dicitur, Deus genuit Deum, alterum pro Patre, alterum pro Filio ponimus. Similiter cum dicitur, Deus de Deo, Lumen de lumine. In aliis quoque loquutionibus sæpe reperiuntur nomina essentia ad significationem Personarum deducta: ut cum dicitur, Deus natus, Deus mortuus, Deus passus: ubi Filius tantum significatur. Ita & de solo Filio intelligitur cum dicitur, Deus de Deo, & huiusmodi. In nominibus enim substantia illud de illo dicitur, licet non significet substantiam. Sed in nominibus Personarum

E P I T O M E

nunquam dicitur illud de illo, vt Verbum de Verbo, vel Filius de Filio: quia huiusmodi nomina diuersis Personis conuenire non possunt.

DE PROPRIETATIBVS
non Personalibus. Et primò de
Innascibilitate.

D I S T I N C T. Vigesima octauæ
C A P. Primum.

Præter tres Proprietates personales assignatas sunt alie non personales, quæ tamen sunt Personarum.

NAm hoc nomen, Ingenitus, aut non genitus, aut Filius, relatiuè dicitur de Patre tantum, & aliam designat notionem quàm Pater aut Genitor. Non enim idem est esse Patrem & Ingenitum, id est non ea notione Pater dicitur qua Ingenitus: quia Pater dicitur secundum proprietatem generationis: Ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Vnde Aug. libr. 5. de Trinita. Non est hoc dicere Ingenitum quod est Patrem dicere: quia etsi Filius non genuisset, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Et si gignat quisque filium, non ex eo ipse est ingenitus, quia geniti homines gignunt alios. Cùm enim ingenitus dicitur, non quid sit (sicut cùm dicitur Genitor) sed cap. 6.

quid non fit ostenditur.

C A P. *Secundum. Ingenitus re-
latiue dicitur.*

Negatiua porrò particula, Non, id effi-
cit, vt quod sine illa relatiue dicitur,
eadem præposita substantialiter dica-
tur: sed id tantum negatur quod sine illa di-
cebatur. Sicut in aliis prædicamentis cum
dicimus, Homo est, substantiam designamus.
Qui ergo dicit, non homo est, non aliud ge-
nus prædicamenti enunciat, &c. Non ergo
receditur à prædicamento relatiuo cum
dicitur Ingenitus. Sicut enim Genitus non
ad se dicitur, sed quòd ex genitore fit: ita
cum dicitur Ingenitus, non ad se dicitur, sed
quòd ex genitore non fit ostenditur: vtrum-
que tamen relatiue dicitur. Quod autem
relatiue dicitur, non indicat substantiam. Et
sic sicut Filius ad Patrem, & non Filius ad
non Patrem refertur: ita Genitus ad geni-
torem, & non genitus ad non genitorem.

Questio.

*An sicut Pater solus dicitur Ingenitus,
etiam solus dicatur non genitus, aut non
Filius, ita vt Spiritus sanctus nul-
lum horum dici possit.*

Quidam dicunt quòd non debet dici &
credi Spiritus sanctus nõ esse genitus,

H iij

vel non esse Filius : sed non debet dici esse non genitus, vel non Filius, sed solus Pater. Aliis autem videtur quòd cum Spiritus sanctus non possit dici Ingenitus, tamen dici potest non genitus, vel non Filius. Quod autem August. suprà ait tantum valere cum dicitur Ingenitus, sicut non genitus, aut non Filius, etimologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse dicunt, non ratione prædicationis.

Ingenitum non inueniri in Scriptura, & quando illo nomine vti liceat ex Ambrosio docetur.

Ambrosius Arianis 'probare nitentibus alterius substantiæ Patrem à Filio, cum diuersum sit esse Ingenitum, & esse genitum, respõdens dicit: Primum omnium in diuinis scripturis Ingenitus nusquam inuenio, non Legi, non audiui, &c.

Observanda Regula.

Attende Lector, quoniam hic nomine Ingenitus, nolebat vti Ambros. propter hæreticos. Ita & nos subticere quædam oportet propter calūniarum insidias, quæ Catholicis ac piis Lectoribus securè credi possunt. Sunt enim quædam, quæ non tantæ sunt religionis & authoritatis, vt eis nos oporteat semper confitendo ac recipiendo inferuire, verum silentio aliquando præteriri queant. Nec tamen sunt illius peruersitatis, quin

(cū oportūm fuerit) eis vti liberum habeamus arbitrium.

In quo sensu conceditur quōd diuersum sit esse Patrem & esse Filium.

Differunt hæ loquutiones, Aliud est esse Patrem, Aliud esse Filium: & Aliud est Patrem esse, & aliud Filium esse: quia sensus primæ est, Alia est notio qua Pater est Pater, & alia notio qua Filius est Filius. Et sensus secundæ est, Aliud est quo Pater est (non quidem Pater) sed est: & aliud quo Filius est (non quidem Filius) sed est. quod penitus falsum est. Eo enim Pater est, quo Pater deus est, id est per essentiam. Aut Filius eo deus est, quo Pater deus est. Ergo Filius est quo Pater est. Et ita idem est esse Patrem quōd Filium esse. Sed non est idem esse Patrem, & esse Filium. Vnde Aug. libr. 5. de Trinita. ait: Quāuis diuersum sit esse Patrem, & esse Filium: non est tamen diuersa substantia: quia non hic secundum substantiam dicitur, sed secundum relatiuum.

C A P. Tertium. Solus Filius dicitur Sapientia genita vel nata.

Cap. 2. **A**ugust. 7. libr. de Trinita. Id dici accipiamus cū dicitur Verbum, ac si dicatur nata Sapientia, vt sit Filius & Imago. Et hæc duo cū dicuntur, id est

H iij

EPI T O M E

nata Sapiaentia, in vno eorum eò quòd est nata, & Verbũ, & Imago, & Filius intelligatur, id est eadem notio intelligatur, quæ notatur cùm dicitur Verbum & Imago. Quibus nominibus non ostenditur essentia, quia relatiuè dicuntur. At in altero, quod est Sapiaentia, etiam essentia demonstratur: id est, demonstratur quòd Filius sit essentia, quia Sapiaentia secundum essentiã dicitur. Et ideo cùm dicitur nata Sapiaentia, intelligitur quòd ipse qui natus est, essentia est. Ibi tamen Sapiaentia non pro essentia, sed pro hypostasi intelligitur: vt cùm dicitur Verbum vel Filius, intelligitur hypostasis cum proprietate sua. Ideo nata Sapiaentia intelligitur nata hypostasis.

Illud etiam sciri oportet quòd quamuis Imago dicatur relatiuè, aliquando tamen reperitur secundum substantiam dici. Vnde August. libr. de Fid. ad Petr. dicit quòd vna Cap. i. est S. Trinitatis essentialiter diuinitas & imago ad quam factus est homo. Idem Hil. libr. 5. de Trinita.

DE COMMVNI SPIRATIONE, quæ est alia proprietates, sed non personalis.

DISTINCT. Vigesima nonæ
CAP. Primum.

Principium est ad aliquid.

EST præterea aliud nomen notans relationem, videlicet Principium. Vnde August. libr. 4. de Trinita. Pater est principium totius deitatis, quia ipse à nullo est. Non enim habet de quo sit, vel de quo procedat: sed ab eo & Filius est genitus, & Spiritus sanctus procedit. Ob id ergo dicitur principium totius deitatis, non quòd sui vel diuinæ essentia principium sit: sed quoniam principium est Filij & Spiritus sancti, in quibus singulariter tota deitas est. Filius ad Spiritum sanctum principium dicitur, Spiritus verò sanctus non dicitur principium, nisi ad secundas creaturas: sicut Pater, & Filius, & Trinitas tota simul. Vnde August. 5. de Trinita. Principium relatiuè dicitur ad omnia quæ ab ipso sunt. Cùm ergo creature esse cœperunt, cœpit esse principium Spiritus sanctus. Ita etiam Pater & Filius cœperunt esse cum Spiritu sancto principium creaturarum.

C A P. Secundum. Non dicuntur tres Personæ esse tria, sed vnum principium.

Tres Personæ, quia vno eodemque modo principium rerū sunt, vnum principium dicuntur. Quod intelligens

R. 2. ca. 26. Apost. ait: Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia, scil. naturæ rerum, ait August. lib. de Nat. Bon. quoniam ab eo peccata non sunt.

Et sic principium dicitur relatiuè ad omnia
quæ ex ipso sunt.

CAP. 3. *Pater eo principium & author Filij
est, quo Pater est.*

Avg. lib. 5. de Trinit. ostendit q̄ Pater Fi
lij principium dicitur, quia genuit eū. Ca. 14
Qua ergo notione est Pater, ea princi-
pium Filij dicitur, id est generatione: secun-
dum quam etiam dicitur author Filij. Vnde
Hilar. 4. de Trinit. ita ait, Ipse quo Pater di-
citur, eius quem genuit author ostenditur.

CAP. 4. *Pater & Filius sunt principiū Spi-
ritus sancti, idque eadem notione.*

Quum Pater & Filius sint principium
vnum Spiritus sancti, & Spiritus san-
ctus non aliter procedat ab vno
quàm ab altero: sanè intelligi potest Patrem
& Filium eadem relatione vel notione prin-
cipium dici Spiritus sancti: quæ nec est Pa-
ternitas aut Filiatio, sed nobis eius nomen
incognitum est.

DE RELATIONIBVS QVAE
conueniunt Deo ex tempore.

D I S T I N C T. Trigesimæ
C A P. Vnicum.

*Aliqua de Deo dicuntur ex tempore,
idque sine sui mutatione.*

fol. 17. a

Sunt quædam quæ Deo conueniunt ex tempore sine sui mutatione, & relatiuè dicuntur secundum accidens: non quòd accidit Deo, sed creaturis: vt, Creator, Dominus, Refugium, datum vel donatum, &c. *Cap. 3* De his Aug. lib. 5. de Trinit. dicit: Creator relatiuè dicitur ad creaturam, sicut Dominus ad seruum, &c. Sicut autem non potest esse seruus, qui non habet dominum: sic nec dominus, qui non habet seruum.

Obiectio.

Sed dicet aliquis: Non est tantum dominus rerum quæ ex tempore cœperunt: sed etiam illius rei quæ non cœpit ex tempore, id est ipsius temporis, quod non cœpit ex tempore, quia non erat ante tempus quod inciperet. & ideo non cœpit esse dominus ex tempore.

Ad quod dici potest, quia licet non cœperit ex tempore dominus esse temporis: cœpit tamen esse dominus temporis, quia non semper fuit tempus. Et ipsius hominis ex tempore cœpit esse dominus, vt dicit Aug. lib. 5. de Tri. qui

Ca. 13. ostendit Deum sine sui mutatione ex tempore dici Dominum. Nummus enim cum dicitur, precium relatiuè dicitur: nec tamè mutatus est cum esse cœperit precium aut pignus. Si ergo nummus potest sine vlla sui mutatione dici toties relatiuè, vt neq; cum incipit dici, neq; cum desinit, nihil in eius natura vel forma, quæ nummus est, mutationis fiat: quanto faci-

Solutio.

Simile,
quo ostenditur in naturalibus relatio accidere alicui sine mutatione sua.

lius de illa incōmutabili Dei substantia debemus accipere, vt dicatur relatiuē ad creaturam: Vt ~~quamuis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantiæ Dei aliquid accidisse intelligatur: sed illi creaturæ ad quā dicitur.~~ Sicut refugium nostrum fit cū ad eum refugimus. Sic & Pater nō incipit esse, cū per eius gratiam regeneramur.

Hic potest solui quæstio, qua quæritur *Spiri. san. an Spiritus sanctus dicatur relatiuē ad se, vt datū vel donū, nō dicitur relatiuē ad se.* cū dicitur dari vel donari. Cui quæstioni respondentem, dicimus Spiritum sanctum dici datum vel donatum relatiuē & ad datem, qui Pater est, cum Filio & Spiritu sancto: & ad illum cui datur. Quia non potest aliquid dici datum, nisi sit qui recipiat. Cū autem Spirit^o sanct^o dari à se, vel datus à se dicitur, relatiuē quidē dicitur ad illū cui dicitur, & est appellatio relatiua: & in illo cui datur mutatio, fit non in dante.

DE APPROPRIATIS.

DISTINCT. Trigesimæ primæ

CAP. Primum.

Aequalitas & similitudo in Diuinis non sunt relationes

Quia sicut simile sibi nihil est (Similitudo enim, ait Hil. sibi ipsi non est) ita *Lib. 3.* & æquale sibi aliquid non dicitur: ac per hoc sicut simile, ita & æquale re-

latiue dicitur. Quæ æqualitas Filij ad Patrem est propter summam simplicitatem essentia & unitatem. ~~Æqualis ergo est Filius~~ Patri secundum essentiam, & non sec. relationem. Vnde Aug. lib. 5. de Tri. Quærimus

Cap. 7 secundū quid sit æqualis Patri Filius: nō secundū hoc quod ad Patrē dicitur Filius, æqualis est Patri. Restat ergo vt sec. id æqualis sit, quod ad se dicitur. Quicquid autē ad se dicitur, sec. substantiā dicitur. Restat ergo vt sec. substantiam sit æqualis. Eadē ergo est vtriusque substantia. Ex iis patet quod æqualitas Patris & Filij non est relatio vel notio, sed appellatio tantūm relatiua. Hoc idem etiam dicimus de simili & similitudine. Vnde quibusdam non indoctē videtur nomine æqualitatis vel similitudinis non aliquid poni, sed remoueri: vt ea ratione dicatur Filius æqualis Patri, quia nec maior est eo, nec minor, & hoc propter unitatem essentia. Ita similis dicitur, quia nec diuersus, nec alienus, nec in aliquo dissimilis. & hoc propter essentia simplicitatem.

Æqualitas & similitudo relationes rationis.

CAP. Secundum. *Æternitas, Species, & Vsus sunt proprietates Personarum.*

Ca. 10 **H**ilarius proprietates Personæ alsignās dicit in Patre esse æternitatem, speciē in imagine, vsum in numero. Quæ verba exponit Aug. 6. de Trinitate, ita dicens: Æternitas est in Patre, quia non ha-

bet Patrem de quo fit. Filius autem de Patre est, ut fit, atque illi coæternus fit. In Filio imago: quæ si perfecte implet id cuius est imago, ipsa coæquatur ei, & non illud imagini suæ, in qua imagine speciẽ nominavit. Ideo Filius, est imago & species, ob perfectam representationem Patris in eo. Repræsentat enim Filius cū summa similitudine & æqualitate. Spiritui sancto tribuitur munus & usus, quia ineffabilis ille cõplexus Patris & imaginis non est sine perfruitione siue charitate. Ex quo sequitur usus dilectionis, & collatio muneris, &c.

CAP. 3. *Vnitas, Aequalitas, & Aequalitatis concordia sunt proprietates.*

Avg. i. lib. de Doctr. Christ. præter superius expressas proprietates, alias tres cõnumerat, dicens: In Patre est vnitas, in Filio æqualitas, in Spiritu sancto vnitatis æqualitatisque concordia. Et hæc tria vnũ, omnia propter Patrem, æqualia omnia propter Filiũ, connexa omnia propter Spiritum sanctũ. Cũ autẽ vnitas dicat substantiã, & æqualiter videatur tribuenda Filio & Spiritui sancto: dicendũ erit quod eadẽ ratione Patri tribuetur vnitas, qua & æternitas supra attributa est sec. Hilar. quia videlicet Pater ita est ut ab alio non sit: & quia Filium genuit vnũ secum Deum, &c. Vnitas ergo in Pa-

tre esse dicitur, quia nec est alius à quo sit: igitur nec aliquid est ab æterno, quod cum eo vnū non sit. Vnde Veritas ait, Ego & Pater vnū sumus.

Io. 10.

CAP. 4. *Vnum dicitur de tribus personis, sed non vnus aut vna.*

Res plures possunt dici vnum esse, si vnus sint essentia. Vnus autem vel vna non potest dici nisi cū addito: vt, Vnus Deus, vnus Creator, vel persona vna. Plura etiam dicuntur vnum, scil. consensu, vt Paulus & Apollo: Et qui plantat, & qui rigat vnum sunt.

1. cor. 3

Cur æqualitas dicitur in Filio, quomodo sit vna æqualitas trium.

Hoc ideo fortè dictum est, quia Filius genitus est à Patre, æqualis gignenti, & dono, quod ab vtroq; procedit. Et ideo illa tria dicuntur esse æqualia propter Filium.

Cur Spiritus sanctus dicitur æqualitatis concordia.

Cap. 3 **Q**uia Spir. sanctus amor est quo Pater diligit Filium, & Filius Patrem. Vnde Aug. lib. 7. de Trinit. Spiritus sanctus est summa charitas vtrunque coniungens, nosque subiungens.

E P I T O M E
DE INTELLECTV ASSI-
gnatarum proprietatum, præsertim
de Amore & Sapientia.

D I S T I N C T. Trigesimæsecundæ
C A P. Primum.

*Pater & Filius diligunt se non solum
amore essentiali, sed etiam notio-
nali, qui est communis
spiratio.*

Quoniam dictum est suprâ quòd Spiri-
tus sanctus est communio Patris & Fi-
lij, & amor quo Pater & Filius se
inuicem diligunt, quæri potest an Pater &
Filius se diligant per Spiritum sanctum. Quod
si sic, igitur & sunt per Spiritum sanctum:
quia non est aliud Deo esse, & aliud dilige-
re. Cui quæstioni ostendendû est, quod Au-
gust. significare videtur, videl. quòd Pater &
Filius se diligant, & vnitatem seruét, non so-
lùm essentia sua, sed suo dono proprio, vt pa-
tet lib. 6. de Trinit. vbi sic ait: Manifestû est
quòd non aliquis duorum est, quo vterque
coniungitur, quo genitus à gignente diliga-
tur, genitorémque suum diligit, sintque
non participatione, sed essentia sua, neque
dono superioris alicuius, sed suo proprio
seruantes vnitatem pacis. Ecce hic dicit
quòd essentia sua & dono suo seruant vni-
tatem. Et idem. 15. de Trinit.

Cap. 5

Cap. 7

CAP. 2. Pater non est sapiens
sapientia genita.

Videtur & à simili quod Pater sit sapiens sapientia genita, quæ tantum Filius est. Si enim Pater diligit amore qui ab ipso procedit, cur & non sapientia quam ipse genuit, sapit vel intelligit? Ad quod facit quod scribit Apost. dicens Christum Dei virtutem & sapietiam. Sed absit ut ita sit (ait Aug. lib. 6. de Trinit.) quia si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam quam genuit, sapiens dicitur Pater. alioqui non ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. & sic sapientia quam genuit, esset illi causa ut esset. Quod fieri non potest, nisi gignendo eum, aut faciendo, quod nemo diceret, &c. Ergo Pater ipsa sapientia est qua sapiens est. Filius vero dicitur Sapientia patris: non quia per eum pater fit sapiens vel potens. sed quia Filius sapientia & virtus est de patre sapientia & virtute.

*Quomodo
Christus dicitur sapiens
sapientia Patris.*

CAP. 3. Filius est sapiens sapientia ingenita.

Post hæc queri solet an Filius sit sapiens sapientia genita, an ingenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec seipso sapiens est. Si autem sapientia genita sapiens sit, non videtur Sapientia esse sapientia ingenita. Et ita non videtur sapiens esse à Patre, cum à Patre habeat omnia. Ad quod dicimus, quod una est sapientia Patris, & Filij, & Spiritus

sancti, sicut vna est essentia: quia sapientia in illius simplicitate naturæ est essentia: & tamen Filius tantum est sapientia genita, & Pater tantum est sapientia ingenita, & sapientia genita est de sapientia ingenita, vel à sapientia ingenita. Et cum idem sit ibi esse quod sapientem esse, relinquitur ut sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Vnde & sapientia Dei Filius dicitur, & non quod Filius sit vel solus intelligens, vel sapiens sibi, & Patri, & Spiritui sancto (ut ait Aug. li. 15. de Tri.) Proinde Pater est sapientia, & Filius sapientia, & uterque vna est sapientia. Et tamen solus Pater est sapientia ingenita, & Filius solus genita sapientia: nec tamen alia sapientia Pater, alia sapientia Filius, sed vna eademque est. Sicut Pater est Deus ingenitus, & Filius est Deus genitus: neque Deus genitus est Deus ingenitus. Non ideo tamen alius Deus est Pater, alius Deus Filius, sed vnus Deus uterque, non autem vnus. Alius est enim genitus, alius ingenitus, sed non alius Deus, imò uterque vnus siue vnus Deus. Ita non est sapientia genita sapientia ingenita, sed alia est sapientia genita, alia ingenita. Non tamen est alia sapientia, sed vna eademque sapientia.

Corolariū. Ex prædictis constat quod Filius non est sapiens à se, nec de se, sed de Patre, & à Patre: licet sit sapiens per se, sicut est Deus per se, sed non de se, aut à se (ut dicit Hil.) quod Filius per se quidem agit, sed non à se. Lib. 9. de tri.

CAP. Quartum. Vna tantum est
sapientia Patris.

Sed videtur quod non sit vna tantum sapientia Patris. Est enim aliqua sapientia Patris, qua sapiens non est: & alia sapientia Patris ingenita, qua sapiens est. Est ergo Patris duplex sapientia: Vna, qua Pater sapiens est: & alia, qua sapiens non est. Dicendum quod vna est tantum sapientia Patris, sed non vno modo dicitur. Nam sapientia Patris dicitur illa quam genuit: sapientia Patris dicitur ea qua sapiens est. Diuersa est ergo ratio dicti. Vna est tamen sapientia Patris, quia sapientia genita est eadem sapientia, & ea qua sapiens est, siue ea qua sapiens est intelligatur persona Patris, siue essentia Patris, quia persona Patris, quae intelligitur cum dicitur sapientia ingenita: & persona Filij, quae significatur cum dicitur sapientia genita, vna eademque sapientia est: quae quidem essentia diuina intelligitur esse communis tribus personis.

Et sic in Trinitate est dilectio, quae est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quae est ipsa essentia deitatis. Et tamen Spiritus sanctus dilectio est, quae non est Pater vel Filius: nec ideo duae dilectiones sunt in Trinitate. quia dilectio, quae proprie Spiritus sanctus est, est dilectio siue charitas quae Trinitas est, &c.

CAP. 5. Pater Filium non diligit ea dilectione quæ ab utroque procedit.

Vnde sicut Pater non dicitur sapiens ea Sapiencia quam genuit, videtur dicendum quod Pater non diligit Filiū, vel Filius Patrem, ea dilectione quæ ab utroque procedit, scilicet quæ propriè Spiritus sanctus est. Sicut enim idem est Deo. sapere quod esse: ita est ei idem diligere quod esse. Ideo sicut negatur Pater sapiens sapiencia genita: (quia aliàs non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse:) Ita videtur non concedendum, quod Pater vel Filius diligit dilectione quæ tantum Spiritus sanctus est. quia aliàs Spiritus sanctus non videretur esse à Patre & Filio, sed magis uterque à Spiritu sancto: quia idem est ibi diligere quod esse.

*Dilectio capi-
tur dupli-
citer, essen-
tialiter &
notionaliter.*

Ego hanc quæstionem non absoluens, sed errorem excludens, profiteor non esse dictum Patrem diligere Filium, vel Filium Patrem, ea dilectione quæ ab utroque procedit: tanquam ea dilectione Pater sit aut Filius: Sed sic ea Pater diligit Filium, & Filius patrem: ut etiam per se pater ea quæ ipse est dilectione diligit. Sic & Filius: non autem sic ut pater per se non diligit, & Filius, sed per eam tantum. Eam tamè quæstionem Lectorum diligentia plenius diiudicandam atque absoluendam relinquimus.

DE COMPARATIONE VEL
differentia proprietatis ad perso-
nas & essentiam.DISTINCT. Trigesimætertæ
CAP. Primum.*Proprietates sunt personæ.*

To. 4. **S**icut Proprietates sunt in personis, ita &
exposi. eas personas esse confitemur. Nam su-
Symb. præ dixit Hieron. Sabellij hæresim decli-
ad Da nantes, tres personas expressas sub proprie-
mas. tate distinguimus. Non enim nomina tan-
tùmmodo, sed etiam nominum proprietates. i.
personas, vel (vt Græci) Hypostasēs, hoc est
subsistētias cōfitemur. Ecce apertè dicit per-
sonas proprietatibus distingui, & eas esse
personas.

CAP. 2. *Proprietates sunt Diuina Essentia.*

Qum de simplicitate Deitatis differe-
remus, autoritatibus Aug, Hil. Isid,
necnō & Boetij euidenter mon-
strauimus, Deum hoc esse omnino quod in
se habet: excepto q̄ Pater in se habet Filiū,
nec est Filius: & Filius habet Patrem, nec est
Pater. Et sic esse in natura triū, vt qui habet,
hoc fit quod habet, & totum quod ibi est, v-
num esse, vnam vitam esse, &c. Fateamur er-
in me- go proprietates esse diuinā essentiam. quod
dio li- ostendit Hil. dicens Natiuitatem Filij esse
bri. naturam. Vt patet lib. 7. de Trinit.

I iij.

Opinio aduersa cum rationibus.

Hoc negant aliqui, dicentes Proprietates in Personis esse, sed non esse personas ipsas, quoniam dicunt proprietates eas esse exterius affixas, & non interius: ut ea quæ secundum substantiam dicuntur de Deo, ut bonitas, iustitia, &c. Si enim (inquiunt) proprietates sunt personæ, non eis personæ determinantur. Sed dicendum quod etiam seipsis personæ differunt. Vnde Hieron. Substantia vnum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed iterum addunt: Si proprietates ipsæ diuina essentia sunt, quum essentia non differant tres personæ, nec proprietatibus differunt. Et addunt hæretici: Si Paternitas & Filiatio in diuina essentia sunt, eadem ergo res sibi Pater & Filius. Ipsa itaque generat & generatur.

Reprobatio & ad rationes Responso.

Quorū audaciæ resistentes, atq; ignorantia prouidetes, dicimus quod Paternitas & Filiatio non ita esse omnino in diuina substantia dicuntur, sicut in ipsis hypostasibus, in quibus ita sunt, quod eas determinat, ut ait Ioh. Damasc. Characteristica idiomata sunt, id est determinatiuæ proprietates, Hypostasēs, & non naturæ. Ideoque licet Paternitas & Filiatio sint in diuina essentia, cum eam non determinat, non ideo potest dici quod di-

proprietates non determinant essentiam, sicut personas.

*Lib. 1
de Fil
Orti
Ca. 1*

uina essentia & generet & generetur: vel q̄
eadē res sibi fit Pater & Filius. Ita enim pro-
prietates determinat p̄sonā, vt hac proprietate
hypostasis fit generās, & alia hypostasis fit ge-
nita: & ideo non ita generat & generatur.

Veruntamen soluendæ sunt aliquot etiā
authoritates, quibus nitūtur probare aliqui
proprietates non esse essentiā diuinā: & ad-
ducunt Aug. super locū illū P̄sal. Et non est
Ps. 68. substantia, ita loquentē de personis: Cū autē
Pater est, non illud est, quod vel quo est. Pa-
enim non ad se, sed ad Filiū dicitur: ad se au-
tem Deus dicitur. Eo igitur quod vel quo
deus est, substantia est. Quibus verbis (scilicet eo
q̄ deo est, substantia est: sed q̄ Pa. est, substantia
non est. & item, Pat. non est illud quod est)
cōfirmat p̄prietates nō esse diuinā essentiā.

Nos autē aliter ista esse intelligēda dici-
mus. Dicēs enim, Eo q̄ Deus est, substantia
est: sed quo Pa. est, substantia nō est: hoc intel-
ligi voluit, quia essentia Deus est, & Deitate
substantia est. Eo enī substantia est quo Deo est,
& è conuerso, &c. Itā & illud intelligendū
est quod ait, Cū Pat. est, non illud est quod
est: id est, nō illo Pater est, quod vel quo ip-
se est. i. essentia, sed notione. Est & aliud qđ
similiter assumūt ex verbis Aug. dicentis q̄
Verbū secūdū q̄ sapiētia est & essentia, hoc
est quod Pat. secundum q̄ Verbū, nō est hoc
quod Pater. Si Verbum (dicunt) vt Verbum

E P I T O M E

nō hoc est quod Pater, proprietas ergo quia Verbum est, non erit essentia. Dicendū quia licet secundum quōd Verbum non sit hoc quod Pater est: ea tamē proprietas qua Verbum est, est id quod Pater est, est id diuina essentia, sed non est Hypostasis Patris.

DE PERSONARVM CVM
essentię vnitatē.

DISTINCT. Trigesimæ quartæ
CAP. Primum.

Idem sunt Natura & Persona.

Quidam peruersi sensus intantam profilierunt insaniam, vt dicerēt eandem essentiam non posse esse Patrem & Filium sine Personarum confusione. Si enim (inquiunt) ea essentia quæ Pater est, est Filius: idem sibi Pater est & Filius. Si hęc rem dicis esse Patrem, quære quam dicas esse Filium. Si verò aliam non quæsieris, sed eandem dixeris: idem genuit & genitus est. Idquę testimonio Hilarij defendere nituntur, qui lib. 8. de Trini. exponēs illud Rom. 8. Spiritus Dei in vobis est, &c. ait: Quæro nūc in Spiritu Dei vtrum naturam aut rem naturæ significatam existimes. Non enim est natura, quod res naturę: sicut non est idē homo, & quod hominis est, &c. dicētes per rem naturæ personam intelligendam esse.

Sed si verba integra Hilarij attendas, inuenies Spiritum sanctum rem naturæ dici Patris & Filij, & eundem dici esse naturam rei. Itaque in Trinitate non ita distinguendum est inter naturam, & rem naturæ, sicut in rebus creatis: quia (vt ait Hilar.) ~~comparatio terrenorum ad deum nulla est, & c.~~ Vnde subdit: Et secundum hoc non idem est Deus, & quod Dei est. quasi dicat: Si instar creaturarum de creatore sentis, cogaris fateri quia non idem est Deus, & quod Deus est. quod dicere impium est, quum Spiritus Dei Deus sit, & Dei Filius Deus sit. Vnde Aug. in psal. 68. Tanta est enim sibi substantiæ vnitas, vt æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis Dei Filiū esse quod Pater est, Filius profectò Pater est: Responde, secundum substantiam tibi dixi hoc esse Filium quod Pater est, non secundum id quod ad aliud dicitur, & c.

C A P. *Secundum. Non dicitur Vnus Deus trium Personarum.*

Q Vum dicatur vnus & vna essentia esse tres Personæ: vtrū possit dici Vnus Deus trium personarum, vel tres personæ vnus Dei: sicut dicitur vna essentia trium personarum, aut tres vnus essentia? In iis loquutionibus vsus Scripturæ nobis

magis -

videtur æmulandus, vbi frequenter reperitur ita dictum: Vna essentia trium personarum, & tres persone vnus essentia. nusquam autem occurrit legisse, Vnus Deus trium personarum, aut tres persone vnus Dei. Quod ideo puto S. Doctores vitasse, ne ita fortè acciperetur in Diuinis personis, vt accipitur cum de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim Deus Abraham, Isaac, & Iacob, & Deus omnis creaturæ. Quod vtique dicitur propter principium creationis, vel gratia priuilegium, & creaturæ subiectionem vel seruitutem. Quum ergo in Trinitate nihil sit creatum, seruiens, vel subiectum, non admittit fides in Trinitate talem loquutionis modum. Ita etiam è conuerso non dicitur de Dei essentia, quòd ipsa sit essentia Abraham, Isaac, & Iacob, vel alicuius creaturæ: ne creatoris & creature naturam confundere videamur.

C A P. Tertium. Potentia Patri, Sapientia Filio, & Bonitas Spiritui sancto tribuitur.

Quum vnū & idem penitus sit in Deo potentia, sapientia, bonitas: in sacra tamen Scriptura solēt hæc nomina frequēter ad personas referri: & hoc ne Dei immensitatē creaturæ similitudine metiremur. Vnde Patri tribuitur potentia, ne putet homo, vt in creaturis, antiquitate Patrē potentia infirmatum. Et sapientia Filio, quòd in creaturis

filij posteriores patribus videatur minus sapiētes. Et Spiritui sancto bonitas, ne humana cōscientia ad Deū pro rigore & velut crudelitate accedere metueret. Vna est ergo potētia, sapiētia, & bonitas triū, sicut vna essentia. & ideo dicitur Filius Homouios, id est cōsubstantialis Patri, & ita omnipotēs. Homouision enim (vt tradit Aug. libr. 3. contra Maxim.) est quod vnius eiusdemq; substantiæ est. quamuis in Conc. Ariminensi nōnulli heretici tētauerint nomen illud labefactare.

*Quid
Homouision?
f. A. a.*

DE ATTRIBVTIS QVAE
conueniunt Deo respectu creaturæ.

DISTINCT. 35. CAP. Primum.

*Differunt Scientia, Prouidentia, Prædestinatio,
&c. secundum rationem, sed sunt vnum re.*

Scientia vel sapiētia (quū sit vna & simplex) tamen propter varios rerū status diuersa sortitur nomina. Dicitur enim nō tātūm sciētia, sed & præsciētia, prædestinatio, &c. Sciētia non solum de futuris est, sed de omnib⁹, siue bonis, siue malis. Prouidentia verò (quæ & dispositio dici potest) est gubernandorū & faciēdorū. Prædestinatio de omnibus saluādis, quos prædestinavit ab æterno, vt patet Ro. 8. & ad Ephes. Elegit nos ante mundi cōstitutionem, &c. Sapiētia autem, vt sciētia, de omnibus, vt bonis, ita malis est, præsentibus, futuris, & præteritis, & non tantūm de temporalibus, sed æternis.

Eph. 1.

CAP. Secundum. Sublatis futuris adhuc
Præscientia in Deo manet.

Præscien-
tia duplici-
ter capi-
tur, pro de-
nominato
& pro re
quæ est
præscien-
tia.

P Præscientia & prædestinatio ad aliquid dicuntur, vt creator: quâuis creator essentiam non significet, vt præscientia. ideoque cum dicitur, Si nulla essent futura, non esset in Deo præscientia, vel Deus præscius. quia varia est ibi causa dicendi. Distingui oportet rationem dicti. Cum ergo dicitur, Si nulla essent futura, non esset in Deo præscientia. Si causam dicendi attendis, siue denominandi, sic verum est: quia si nulla essent subiecta eius præscientiæ, præscientia dici non posset. Si autem ea ratione id dicis, quod non sit in eo scientia, qua præscit futura, vel quod non sit ipse Deus qui est futurorum præscius. & sic falsum est. Potuit enim non præscire aliqua: nec tamen eo minus aut fuisset aut esset.

CAP. Tertium. Scientia est de æternis,
& non solum de temporalibus.

S cientia vel sapientia non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis est. ideoque etsi nulla fuissent futura, esset tamen in Deo scientia eadem quæ modo est: nec minor esset, nec maior: quia sciuit æterna & temporalia immutabiliter: nec minus præterita & futura, quàm præsentia.

Adde quòd hæc visibilia antequàm fierent, *Omnia in*
Lib. 5. in Dei scientia erant, vt ait Aug. sup. Gen. Deo sunt.
Ca. 18. Nec alio modo innotuerunt cum ea fecisset, quàm illo quo illa nouerat vt faceret, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Vnde, quod factum est,
Iaco. 1. in ipso vita esse dicitur. Inde est quòd ei
Ioh. 1. omnia dicuntur præsentia esse, præterita &
Ro. 4. futura vt præsentia. qui vocat ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt.

DE COMPARATIONE
 rerum scitarum ad Dei scientiam, & quomodo res
 sint in Deo.

DISTINCT. Trigesimæ sextæ
 CAP. Primum.

*Licet omnia sint in Dei scientia, non tamen
 dicuntur esse in eius essentia.*

Quamuis cognitio dei vel præsentia sit
 essentia diuina, & omnia dicantur esse
 in eius cognitione: non tamè dici
 debent esse in eius essentia. Si enim hoc dice-
 retur, intelligerentur esse eiusdem essentiæ
 cum Deo. In Deo enim dicitur esse per es-
 sentiam, quod est diuina essentia, quod est
 Deus. Habet ergo Deus apud se in præsen-
 tia sua, quæ non habet in sui natura. vt dicit
To. 10. Aug. de Verb. Apost.

CAP. Secundum. Mala non dicuntur esse in Deo.

Quum omnia dicantur esse in Deo, non per essentiam naturæ, sed per cognitionem scientiæ, & Deus sciat bona & mala: videtur concedendum mala simpliciter esse in Deo, sicut bona. Sed (vt ait Aug.) Nemo, nisi insanus, dixerit mala esse in Deo. Illa enim esse in Deo intelliguntur, quæ ex ipso & per ipsum sunt. Ea verò per ipsum sunt, quorum author est. Sed non est author nisi bonorum: non ergo ex ipso & per ipsum sunt nisi bona. Quia licet cognoscat mala, non tamen omnino ita noscit vt bona. quoniam bona cognoscit per approbationem & beneplacitum: mala verò non (vt dicit Casiod. super Psal.) Peccata abscondita sunt Deo, quia non nouit. i. non approbat. Et eo sensu dicit Aug. ea abscondita à lumine Dei. Proinde idem videtur esse, Omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso: vt dicit Ambro. lib. 2. de Spir. san. Eandem enim vim habent omnia hæc, scil. cum ipso, & in ipso, & per ipsum, & vnum in iis, atq; consimile. Quæuis autem distinctio personarum explicetur cum dicitur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia: tamē sic intellige esse à Patre, vt eadem omnia non neges esse à Filio & Spiritu sancto. vt dicit Aug. 1. de Trinit. Nec dicendum omnia esse de Deo, quæuis ex Deo sint. non

f. 74. a. b.

~~Mala cognoscit~~

Deus per scientiam, bona per approbationem.

Exponitur illud A. post. Ro. 11 Omnia per ipsum, &c.

Ps. 16.

enim penitus significat hoc ex ipso, quod de ipso, ut dicit Aug. lib. de Nat. Bon. Sicut homo generat filium, & facit domum. filius est de ipso, & domus ex ipso, & non de ipso: quia de terra & ligno est.

DE COMPARATIONE
Dei ad res, scil. quomodo Deus
sit in rebus.

DISTINCT. Trigesimæ septimæ
CAP. Primum.

Deus est communiter in omnibus rebus, specialius tamen in Sanctis.

Quoniam demonstratum est ex parte quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendum videtur hic quibus modis dicatur Deus esse in rebus. Sciendum est ergo ^{fol. 101. a ca. 145} *Tribus modis Deus* quod licet Deus incommutabiliter semper in se existens, sit presentialiter, potentialiter, & essentialiter in omnibus rebus sine sui definitione, & in omni loco sine circumscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate: est tamen in sanctis spiritibus & animabus excellentius, scil. per gratiam inhabitans: & in homine Christo excellentissimè, in quo plenitudo diuinitatis inhabitat, ut ait Apost. In

Col. 2. Sup. illud, Quò abuit. eo enim Deus habitauit, non per gratiam adoptionis, sed per gratiam unionis. Unde Greg. super Cant. Licet Deus communi modo

EPI T O M E

omnibus rebus in sit, præsentia, potentia, sub-
stantia: familiariori tamen modo per gra-
tiam dicitur esse in illis, qui misericordiam
operum Dei acutiùs & fideliùs considerant.
Idè Aug. ad Dardanù lib. de Præscient. Dei. *Ca. 57.*
Deum autem esse ubique docet Hilar. lib.
8. de Trinit. & Ambros. lib. 1. de Spir. S. Do- *cap. 7.*
mini est omnia complere, qui dicit, Cælum
& terram ego impleo, &c.

C A P. Secundum. In solis Sanctis Deus
habitare dicitur.

Non enim ubicūque est Deus, ibi ha-
bitat: sed ubi habitat, ibi est. in solis bo-
nis habitat, qui sunt templum eius & *ca. 66.*
sedes. Vnde Esa. Cælum mihi sedes est, &
terra scabellum pedum meorum. quia in ele-
ctis, qui sunt cælum, habitat Deus, & re-
gnat, qui eius voluntati deuoti obtemperat.
Malos verò, qui sunt terra, iudicij districtio-
ne calcant. Vnde propter hanc inhabitatio-
nem gratiæ, nō dicimus, Pater noster qui es
ubique, sed in cælis, id est Sanctis, vt dicit
August. ad Dardan. Epist. 5. quia in illis ex-
cellentiori modo est. Ideo Aug. ad Hieron. *epi. 28.*
de Origine Animæ: Sicut per omnes partes
corporis tota anima adest simul, nec minor
in minoribus, nec maior in maioribus: sed
tamen in aliis intensiùs, in aliis remissiùs o-
peratur, quum in singulis partibus corporis

Simil.
183. b. l. 5.
187. b. l. 19.

essentialiter tota sit. Ita Deus, quum sit in omnibus essentialiter totus: in illis tamen plenius esse dicitur, quos inhabitat. Vnde *Ioh. 17* sup. Iohan. dicit: Non sat fuit dicere, Vt ubi *tract. 3* ego sum & illi sint: sed addidit, mecum. quia & ibi miseri possunt esse, ubi & ille est qui nusquam deest. Nam soli Beati sunt cum illo, & non reprobi: sicut cæci in luce, non cum luce. Porro boni nunc sunt cum eo, non per speciem, sed per fidem, &c. ut dicit Aug. *cap. 21.* libr. 3. contra Maxim. ubi etiam docet quomodo Deus antequam cælum & terram fecisset, in se habitaret.

CAP. Tertium. Quomodo sit ubique Deus est homini ineffabile.

hom. 12 **C**hrystost. in Epist. ad Hebr. ait: Sicut *super id, qui cum sit splendor glorie.* multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non valemus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei, ut quod ubique Deus est, scimus & dicimus: quomodo autem ubique sit, intellectu non capimus. Vnde minus sufficienter hunc modum intellexerunt, qui Deum esse ubique dixerunt, & in omni creatura: quia omnis locus & creatura per eum est. & quia omnia loca sunt ei præsentia, & omnia quæ in eis sunt: & in eis operari non cessat, &c. Quæ licet vera sint: tamen illis verbis, quibus dicitur Deus ubique, plus contineri creden-

K

169 l. p. 10
lib. 3. orat. 22
173. f. 194. a.

dum, quàm homo viuens capere valeat.

C A P. Quartum. Deus vbique existens, non variatur qualicunque loci vel temporis mutatione.

Quumque Deus veraciter & essentialiter fit in omni loco & in omni tēpore: nō tamē mouetur per loca vel tempora: non enim localis est, nec tēporalis. Localis quidē nō est: quia penitus loco non circūscribitur: quia nec ita est in vno loco, vt non sit in alio. Aliquid autē dicitur Locale in Scriptura dupliciter, scil. circūscriptiuē vt natura corporalis, quæ dimensionibus facit distantiam in loco. Vel definitiuē siue determinatiuē: quoniam cū sit alicubi, non vbique inuenitur. quod non solum corpori, sed omni creato spiritui conuenit. Deus autem nullo horum modorū esse potest in loco: non igitur mutatione loci mutari potest. Vnde Aug. sup. Gen. Cū Deus aliquid in creatura agit, nō debemus opinari eius substantiam, qua Deus est, temporibus locisque mutabilem: quum sit ipse & interior omni re (quia in ipso sunt omnia) & exterior omni re (quia est super omnia) & antiquior omnibus (quia est ante omnia) & nouior omnibus: quia ipse idem post omnia, scil. post omnium initia.

Quid est esse in loco circūscriptiuē & definitiuē.

Nota.

Lib. 8. cap. 21.

DE COMPARATIONE
Scientiæ Dei ad res scitas.DISTINCT. Trigesimæ octauæ
CAP. Primum.*Scientia simplicis intelligentiæ in Deo
non est causa rerum, neque res
sunt causa scientiæ Dei.*

Hic oritur quæstio non dissimulanda, *scil. scientia vel præscientia sit causa rerum, an res sint causæ scientiæ vel præscientiæ Dei.* Videtur enim præscientia Dei esse causa eorum, quæ ei subsunt, ac necessitatem eis imponere: quia nec aliqua futura fuissent, nisi præsciisset ea: nec possunt non euenire, cum ea præsciuerit Deus: quia Deus falli non potest. Impossibile est ergo ea non euenire præscita. Hoc idem & de scientia dicitur, scil. quod quia Deus aliqua nouerit, ideo sint. Cui sententiæ attestari videtur August. libr. 15. de Trinita. dicens: Vniuersas creaturas, non quia sunt, ideo nouit: sed ideo sunt, quia nouit, &c. Idem lib. 6. Quod si ita est, igitur Deus erit causa omniū malorum, cum præscita sint. quod longè est à veritate. Neq; etiam res futuræ causa sunt præscientiæ: quia eius quod æternū est, aliquid creatum existeret causa. quum tamen dicat Orig. Roma. 8. Non propterea aliquid erit,

K ij

f. 71. a. 76. b.
85. a. b.
92. b. 118. b.
e. 10. 121. b. p.
2. folio 120. b. p.
f. 130. b. p. 91.
f. 142. b. p. 71.
maxima.

cap. 13.

cap. 123

quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequàm fiat, &c.

Dicendum res futuras nullatenus causam esse scientiæ vel præscientiæ Dei: nec ideo sciri vel præsciri, quia futuræ vel factæ sunt. Et ad Origen. dicitur, quia futurum est, ideo scitur à Deo antequàm fiat: neque sciretur, nisi futurum esset: ut non notetur ibi causa, nisi sine qua non fieret. Ita etiam dicimus scientiam vel præscientiam Dei non esse causam eorū quæ fiunt, nisi talem sine qua non fiunt: si tamen scientiam ad notitiam tantum referamus. Sed si homine scientiæ includatur beneplacitum atque dispositio: tunc recte potest dici causa eorum quæ Deus facit. Sic patet quod duobus modis accipitur scientia Dei: aut pro notitia sola, aut pro notitia cum voluntate. Hoc modo forte accepit August. dicens: Ideo sciuit, quia nouit, id est quia scienti placuit, & quia sciens disposuit. Quum ergo Deus sciat mala solum primo modo, & non secundo modo: præscit illa, & præscitorum non est causa. sicut præsciuit & prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit: nec præsciisset eorum mala, nisi eam essent habituri. Non enim mala præscit, tanquam facturum.

C A P. Secundum. Præscientia stat cum
contingentia rerum.

lib. 2. cap. 32.
2. 1. f. 176.

Sciētia beneplaciti est causa rerum.

Præscientia Dei cōsiderāda dupliciter.

1. Quum ergo Deus sciat mala solum primo modo, & non secundo modo: præscit illa, & præscitorum non est causa. sicut præsciuit & prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit: nec præsciisset eorum mala, nisi eam essent habituri. Non enim mala præscit, tanquam facturum.

AD id autem quod prædictum est, scilicet præscientiam Dei falli non posse, solet à quibusdam ita opponi: Si Deus præuiderit hunc lecturum, cum possit non legere, sequitur quod præscientia Dei falli potest. Sed dicendum, quod si non legeret, non à Deo præscitum esset. At illi urgent dicentes, Vel potest aliter fieri, quam Deus præsciuerit, vel non aliter. Si primum, ergo præscientia falli potest: Si secundum, ergo necessario res præscita eueniet. Ad quod dicimus, illam loquutionem, Aliter potest fieri, quam Deus præsciuit, & alias huiusmodi, ut potest non esse quod Deus præsciuit, & implere est non esse quod Deus præsciuit, &c. posse intelligi vel coniunctim, ut conditio non sit implicita. & tunc vera est hæc, Non potest aliter fieri, quam à Deo præscitum sit. Si autem disiunctim, tunc falsa est, &c. Si uero dicis Deum non potuisse non præscire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere ut non fieret: & ita non esse præscitum.

DE IMMUTABILITATE
scientiæ Dei.

DISTINCT. Trigesimænonæ
CAP. Primum.

*Deus vnica & immutabili scientia scit simul
presentia omnia, præterita, & futura.*

K iij

Quari solet an Dei scientia augeri vel minui possit siue mutari. Quod sane videtur, quia potest scire hunc lecturum, quem nunquam ante sciuit. ergo &c. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omnino immutabilis, nec augeri nec minui potest. Nam (vt ait Aug. libr. 15. de Trinita.)^{cap. 13.} scientia Dei est ipsa sapientia, quæ est ipsa essentia: quia in illius naturæ simplicitate mirabili nõ est aliud sapere, & aliud esse. sed quod est sapere, hoc est & esse, &c. Ideoque nouit omnia Verbum, & omnia simul videt, quorum nullum est quod nõ semper videat & sciat, quæ omnia similiter nouit Pater, &c. Sicut ergo non potest augeri vel minui diuina essentia, ita nec diuina scientia. Et tamen conceditur posse scire quod non scit, & posse non scire quod scit: quia posset aliquid subiectum esse eius scientiæ, quod non est: & posset non esse subiectum aliquid quod est sine permutatione ipsius scientiæ.

Hæc propositio, Deus potest scire quæ nõ sciunt, dupliciter reddit sensum, compositum & diuisum.

CA P. Secundum. Deus nil scit de nouo.

SI quis opponat: Si Deus potest aliquid scire vel præscire quod nunquam sciuit vel præsciuit: potest ergo ex tẽpore aliquid scire vel præscire. Ad quod dicimus: Si dicatur modo posse scire vel præscire quæ ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est ita quod ab æterno nõ sciuerit vel præsciuerit, quasi vtrũque simul esse possit, falsum est. Si

verò dicas eum posse modo scire vel præscire quod ab æterno nō sciuit vel præsciuit, id est habere potētiam sciendi vel præsciēdi ab æterno & modo aliquid, nec tamē illud præscitum est vel futurū, verum est. Non potest ergo nouiter scire vel præscire aliquid: sicut non potest nouiter vel ex tempore velle aliquid: & tamen potest velle quod nunquam voluit. In quo sensu distinguatur quòd Deus plura scire potest quàm scit.

Cap. I. Ei verò quod prædictū est ex Aug. scil. q̄ Verbū semper omnia videt & simul, videtur obuiare quod ait Hieron. in Abacuch: Absurdum est autē ad hoc deducere Dei maiestatem (ait) vt sciat per momenta singula quot culices nascātur, quōtve moriātur, quota publicū & muscarū sit multitudo, quōtve pisces natent in aquis, & similia. Nō sumus tā fatuī adultores Dei, &c. Igitur Deus minimorū sciētīā ac prouidētīā nō habet. Dicēdū q̄ Hie. *Duplex prouidētīa* nō negat Deū illa minima scire & cognoscere per momēra quib⁹ incipiūt ac desinūt, ac *in Deo, de prouidēre illis.* Prouidētīā enim & curā de omnib⁹ *nobis & de brutis.* habet: sed specialē de rationalib⁹ creaturis, quib⁹ rectē viuēdi legē præscripsit, ac præmia pmisit. Hāc q̄; prouidētīā ac curā de irrationalib⁹ nō habet. Ideo dicit Apost. Nō est deo *I. cor. 9* cura de bobus. Prouidet tamē oībus, quia facit oībus solē suū oriri, &c. de qua prouidētīa *Sap. 12* dicit Scriptura, Quia ipsi cura est de oībus.

EPI TOME
DE PRAEDESTINATIONE
& Reprobatione, & eorum effectibus.

DISTINCT. Quadragesimæ
CAP. Primum.

77. 6. ^{77. 6.} Hactenus
disputatū
est de scien-
tia Dei in
genere, nūc
de scientia
quò ad sal-
mandos.

Prædestinatio, & Præscientia differunt.

P Rædestinatio (quæ de hominibus saluâ-
dis est, ut ait Aug. lib. de Prædestin. San- ^{cap. 10}
cto.) est gratiæ præparatio, quæ sine
præscientia esse non potest, eaque præsciuit
quæ facturum est. Præscientia autem (quæ
sine prædestinatione esse potest) præsciuit
etiam & ea quæ non est ipse facturum, id est
omnia mala.

CAP. Secundum. Numerus electorum
non potest augeri vel minui.

P Rædestinatorum nullus videtur posse
damnari, vel reproborum aliquis posse
saluari. Vnde August. libr. de Correct. ^{Ca. 13.}
& Grat. In Apocal. (inquit) dicitur, Tene
quod habes, ne alius accipiat coronam
tuam. Si alius non est accepturus, nisi iste
perdiderit, certus est electorum numerus, id
est non potest augeri vel minui. At obi-
ciunt quidam: Possit Deus non apponere
gratiam quibus apponit: & subtrahere qui-
bus non subtrahit. Ergo qui prædestinati
sunt, damnari possunt, & è conuerso.

Obiectio.

Quibus respondemus ex ea ratione dictū *Responſio.*
 eſſe numerum electorum non poſſe augeri *Prædeſti-*
 vel minui, quia non poſſe vtrunque ſimul *nat^o poſteſt*
 eſſe, ſcilicet vt aliquis ſaluetur, & non ſit *nō ſaluari,*
 prædeſtinatus: vel vt aliquis prædeſtinatus *ſenſum cō-*
 ſit, & nō damnetur. Si verō ſimpliciter in- *poſitum fa-*
 telligatur, impoſſibilitas non admittitur. *cit & diui*

Et ad id quod rursus obiiciunt, quia *ſecū-*
 dum coniunctionē prædeſtinatus (ſcil. in- *Obiectio*
 quantum prædeſtinatus) non poſteſt *ſecunda.*
 damna-
 ri: Igitur cum alterum horum non poſteſt
 non eſſe, ſcil. quod prædeſtinatus non poſſit
 eſſe non prædeſtinatus: ſequitur non eſſe cō
 cedendum prædeſtinatum poſſe damnari. *Reſponſio.*

Reſpondendum, quod prædeſtinatus non
 poſteſt eſſe non prædeſtinatus, ſi coniunctim
 intelligatur, id eſt, quod ille qui ab æterno
 prædeſtinatus eſt, non poſteſt non eſſe præ-
 deſtinatus, vera eſt propoſitio: aliàs mutatio
 eſſet in Deo. Sed ſi diuiſim intelligatur, eſt *Nota. De^o*
 falſa: quia designat prædeſtinatum quē De^o *potuit quē*
 ab æterno potuit non prædeſtinare, non poſt *ab æterno*
 ſe non prædeſtinari. Et ſicut ab æterno Deus nō *prædeſti*
 potuit eum non prædeſtinare: ita concedi- *nare: nō ſic*
 tur à quibuſdam, quod & modo poſteſt eum *autem de*
 nō prædeſtinare. & ita de præſciētia & præ- *actionibus*
 ſcitis dicunt. quod in actionibus vel opera- *hominis,*
 tionibus hominum nullatenus concedunt. *quæ tranſ-*
 Ex quo enim aliquid factum eſt vel dictum, *eunt in na-*
 non concedunt poſſe nō eſſe vel fuiſſe, quod *turam.*

factum vel dictum est: referentes possibilitatem ad naturam rei existentis. Cum vero de præsciencia Dei vel prædestinatione agitur, possibilitas vel impossibilitas ad potentiam Dei refertur, quæ semper eadem fuit, & est: quia prædestinatio, præsciencia, & potentia in Deo unum sunt.

C A P. 3. *Prædestinationis & Re-
probationis duo effectus.*

QUUM prædestinatio sit gratiæ præparatio, id est diuina electio qua elegit quos voluit ante mundi constitutionem, vt ait Apost. Reprobatio è diuerso intelligenda est præsciencia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Eph. 1. Sicut enim prædestinationis effectus illa gratia est, qua in presenti iustificamur, atque ad rectè viuendum & in bono perseuerandum adiuuamur, & illa qua in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, qua ab æterno non eligendo quosdam reprobauit, sec. duo consideratur. Quorum alterum præscit & non præparat, scil. iniquitate: alterum præscit & præparat. f. æternam pœnam. Vnde Aug. ad Prosp. & Hilar. Hæc, inquit, regula inconcussè tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, non præparatos: pœnam autem esse præparatam, & c. Et sicut prædestinationis effectus est gratiæ appositio: ita reprobationis æter-

76. b.

Ca. 17

nae quodam modo effectus esse videtur ob-
duratio. Nec ~~obdurat~~ Deus (ait August. ad
Epist. Sextū) impartiendo maliciam, sed non im-
105. partiendo gratiam, sicut nec digni sunt. & ita
Ro. 9. indurare dicitur Deus (vt dicit Apost.) &
Lib. I. non quòd quemquam cogat peccare (vt di-
cit Aug. ad Simplicianum) sed quia miseri-
cordiam iustificationis eis nou largitur.

DE CAUSA PRAEDE-
stinationis & Reprobationis.

DISTINCT. Quadragesimæ primæ
CAP. Primum.

*Reprobatio, sed non prædesti-
natio, sub merito cadit.*

Obdurationis meritū inuenimus, mise-
ricordie autē meritū non inuenimus:
quia nullū est misericordie meritum,
ne gratia euacuetur, si nō gratis donetur: sed
meritis redditur. Miseretur itaque secundū
gratiam, quæ gratis datur: obdurat autē se-
cundū iudiciū, quod meritis redditur. Vnde Deus cau-
datur itelligi, vt sicut reprobatio Dei est nol sa boni in
le misereri: ita obduratio Dei sit nō misere- prædestina
ri: vt nō ab illo irrogetur aliquid quo sit hō tione, sed
deterior, sed tantū quo sit melior nō eroge - nō mali in
tū, &c. Quū ergo gratiæ, q̄ apponitur hōi reprobatio
ad iustificationē, nulla sint merita: multò mi ne.
nus & ipsi⁹ prædestinationis, qua ab eterno

*193 a. l. 47.
Induratio dicitur
quod dicitur
247. b.
mali d. 11.*

elegit Deus quos voluit, aliqua possunt existere merita: Ita nec reprobationis, qua ab æterno quosdam præsciuit futuros malos & damnandos: sicut elegit Iacob, & reproba-
uit Esau. quod non fuit propter merita eorum, quia nulla tunc habebat, quoniã necdũ ipsi existebat: nec propter futura merita que prævideret, illum elegit, vel istum reproba-
uit. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obduratione, sicut prædestinatio pro effectu suo, qui est gratiæ primæ appositio. Et illius temporalis reprobationis est aliquod meritum, sed non prædestinationis temporalis, sicut nec æternæ.

Exclusio opinionis quorundam, quam aliquando Aug. sequutus est.

Ex his collige quã facilè sint opinati qui dicebãt Deum ideo elegisse Iacob, quã talem futurum præsciuit, qui in eũ crederet, & ei seruiret. Quod Aug. se aliquando sensisse dicit in lib. Retractat. i. ubi ostendit quod si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio. Non ergo ideo electus est à Deo, quia talis futurus erat: sed ex tali electione talis factus est, ita dicens: Non elegit Deus opera cuiusquam in præsciẽtia, quæ ipse daturus est: sed elegit fidem in præsciẽtia, & quem sibi crediturum præsciuit. Ecce de operibus retractatio. Sed quia in ipsa fide meritum est, sicut & in ope-

Ca. 23
et lib.
de præ
dest.
sãcto.
Cap. 3

No. 82^a

*Prædesti-
nationis
causa non
est fides.*

ribus: Ideo & de fide deinde retractauit, dicens quòd vtrunque, scil. fides & opera, nostrum est propter arbitrium voluntatis: & vtrūque datum est per spiritum fidei & charitatis. Vnde Aug. lib. de Prædestin. Sanctior.

Cap. 8

Non quia futuros nos tales præsciuit, ideo elegit: sed vt essem⁹ tales per ipsam electionem gratiæ suæ, qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Similiter & retractasse dices

Ca. 68

Aug. id quod dixit lib. 83. quæst. Prædestinationem & reprobationem ex meritis, sed occultissimis prouenire. *Deinde manifestū*

fit etiam quàm falsa sit opinio illorum qui inscrutabilem iudiciorum Dei altitudinem cogitare conati sunt, dicentes animas in cælo antè conuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Quod respuit Catholica fide^r propter euidentem Apostoli sententiã qua ait: Cùm nõdum nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent, &c.

*Exclusio a
terius opi-
nionis.*

Re. 6.

CAP. 4. *Deus præsciuit aliqua quæ nunc non præscit: sed non sciuit aliqua quæ nunc non sciat.*

Dicimus Deum multa præsciisse quæ nunc nõ præscit. Cùm enim eius præscientia nõ sit nisi de futuris: ex quo illa quæ futura erãt, præsentia fiunt, vel prætereunt, sub Dei præscientia esse desinunt:

sub scientia verò semper sunt. Præscire enim definit, cum futura desinunt esse. Neque tamē ea minus noscit quàm antè cognoscebat.

De scientia autem dicimus, quod Deus semper scit omnia quæ aliquando sciuit. omnē enim scientiā quā aliquando habet, semper habuit, & habet, & habebit. Sed opponitur: Olim sciuit mundū creandum, & nunc non scit eum creandum. Dicendū, quod idem scit de mundo quod ante creationem sciebat. sicut antiqui patres eundem Christū quem nos credimus crediderunt: quanuis illis & nobis diuersis modis enūciatus sit, quia illi ut nasciturum, nos ut natum suscepimus. eandem enim rem diuersis temporibus designamus.

DE OMNIPOTENTIA DEI.

DISTINCT. Quadragesimæ secundæ
CAP. Primum.

Deus omnia potest.

Nunc de Dei Omnipotentia agendū. qui quod omnia possit patet ex Aug. lib. Cap. 6
Quæst. Vet. & No. Test. Omnia quidem potest Deus, sed nō facit, nisi quod cōuenit eius veritati & iustitiæ. Si dicas, possumus aliqua quæ non potest, ut ambulare, loqui, &c. Dicendū, quod illæ actiones à Dei potentia alienæ nō sunt, sed ad ipsum pertinet: nō quod eas in se habeat, sed quod in creaturis eas possit operari: facit enim ut homo ambulet

&c. Non ergo per istas actiones diuinæ potentia detrahatur aliquid, & hoc potest facere omnipotens. Sunt autem aliæ actiones,

quas non habet Deus, vt peccare, mētiri, &c. quæ potentia non sunt, sed infirmitatis. Vn-

de Aug. lib. 15. de Trinit. Magna, inquit, Dei ^{Deus pec-} potētia est non posse mētiri, &c. & in lib. de ^{care nō po} Symbo. Deus omnipotens non potest mo- ^{test.} ri, falli, aut vinci, &c.

C A P. Secundum. Deus dicitur omnipotens, quia omnia quæ vult facit.

Hic ergo diligenter considerātibus omnipotentia eius secundum duo apparet, secundum quod omnia quæ vult facit, & nihil omnino patitur: sec. vtrunque enim omnipotens Deus verissimè prædicatur. quia nec aliquid est, quod ei ad patendum corruptionem inferre valeat: nec aliquid ad faciendum impedimentū adferre. Idem probatur autoritate Aug. lib. de Spi. & Lit. Omnipotens est, non quod possit oīa facere: sed quia potest efficere quicquid vult: ita vt nihil valeat eius voluntati resistere quia compleatur. Cū autē dicit, nō quod possit omnia, generaliter accepit oīa: vt etiā mala includeret, quæ Deus nō potest, nec vult. Non ergo intelligas negasse oīa quæ cōuenit ei posse. Similiter cū dicit August. in Enchir. Nō ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniā quicquid vult potest:

non negat eum posse ea etiam quæ nō vult: sed aduersus illos qui dicebant Deum multa velle quæ non poterat: affirmat eum posse quicquid vult, & ex eo verè dici omnipotentē, non ob aliud, quàm quia potest quicquid vult, scilicet ex se & per se. Sed fortè dices: Nec Dei Filius potest à se, nec Spiritus sanctus, sed solus Pater. ille enim potest à se, qui est à se, &c. Dicendum quòd licet Filius non possit à se, nec operetur à se: potest tamen & operatur per se. sic & Spiritus sanctus. Nō ergo verè & propriè dicitur Deus omnipotēs: quia per se, id est naturali potentia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri, quod non possit se facere per se vel per creaturas. Et nihil vult se posse quod non possit: & omne quod vult fieri, vult se posse: sed non omne quod vult se posse, vult fieri: si enim vellet, fieret: quum voluntati eius nihil resistere possit.

Quid omnipotens.

DE QUANTITATE
Omnipotentia Dei.

DISTINCT. Quadragesimæ quintæ.
CAP. Vnicum.

Deus potest alia & plura facere, & quæ facit omittere.

Quidam de sensu suo gloriantes, Dei potentiam sub mensura coarctare

conati sunt, dicentes: Non potest Deus aliud
 facere quàm facit: nec meli⁹ facere id quod
 facit: nec aliquid prætermittere de iis quæ
 facit. Hanc opinionē muniunt argumen- *Opinio*
 tis, dicentes: Primò, Deus non potest face- *Primæ rati-*
 re nisi quod bonum & iustum est fieri. non *o.*
 est autem bonum nec iustum fieri ab eo, ni-
 si quod facit. Si enim aliud iustum est & bo-
 num eum facere quàm facit, non ergo facit
 omne quod iustum & bonum est eum face-
 re. Sed quis audeat hoc dicere? non ergo
 potest facere, nisi quod facit. & sic limitatur
 eius potentia. Addunt etiam: Deus non *Secundæ*
 potest facere nisi quod eius exigit iustitia: *ratio.*
 sed iustitia non exigit, nisi quod facit: igitur
 &c. His respondemus, dicentes istas propo-
 sitiones duplicē habere sensum: Vno modo
 sic: Non potest Deus facere, nisi quod bo-
 num & iustum est: id est, non potest facere
 nisi illud, quod si faceret, iustum & bonum
 esset. & tunc verum est. Ad illud autem *Respon-*
 quod dicitur, Non potest facere nisi quod
 sua exigit iustitia, Primò dicitur quòd ver-
 bum exactiōnis non cōgruè dicitur de Deo.
 Secundò, duplex est sensus illius: Primò, Nō
 potest Deus, nisi, &c. id est, nisi quod volun-
 tas sua iusta vult. & sic falsum est. Multa e-
 Gaudē nim potest per potentiam, quæ non potest
 per iusticiam, vt dicit Aug. in Gen. 19. Secun-
 Ca. 22 dō, si intelligas non posse eum facere nisi il-

3
 Iud, quod si fieret, iusticiæ eius conueniret, verum dicis. Addunt. 3. Non potest facere Deus nisi quod debet. non debet autē facere nisi quod facit. Si enim debet alia facere, non ergo facit omne quod debet, &c. Sed dicendum q̄ verbum illud, debet, Deo non competit, qui non est debitor nobis, nisi forte ex promisso. Nos verò debitores ei sumus ex cōmisso. His & sanctorum testimonia adnectunt. Dicit enim Augu. lib. i. de Symb. Hoc solū Deus nō potest quod nō vult. Per quod videtur non posse facere aliquid nisi quod vult. sed non vult nisi quod facit. & ita videtur non posse nisi quod facit. Sed illud ita intelligendū est: Id solū non potest Deus quod non vult, scil. se posse. In quo sensu intellige & illud qđ idem Aug. dicit. 7. lib. Cōfess. Nec cogaris inuitus ad aliquid: quia voluntas tua non est maior quàm potentia.

Fateamur itaque Deum plura posse facere quæ non vult, & posse dimittere quæ facit. Quod vt certius firmiúsq; teneatur, scripturæ testimoniis asseramus Deū plura posse facere quā facit. Veritas ipsa apud Matth. ait: An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit, &c. Poterat ergo Filius rogare quod nō rogabat, & Pater exhibere quod non exhibebat. Vterq; ergo poterat facere quæ non faciebat. Quem locū Scripturæ ad id astruendū adducit Augu. in Ca. 95.

Cap. 1.

Matth. 26.

Ca. 95.

Cap. 7 Enchir. idem in lib. de Nat. & Grat. Dominus Lazarum suscitavit in corpore: nunquid dicendum est, Nō potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidem, sed noluit. Etiam ratione probari potest. Non enim vult Deus omnes homines iustificare: & tamē quis dubitat eum posse? &c.

R. 78. b.

DE QUALITATE
Potentiæ Dei.

DISTINCT. 44. CAP. Primum.

*Potest Deus res meliores facere
quàm fecerit.*

Solent præfati dicere, quòd ea quæ facit Deus, non potest meliora facere. Quia si posset facere & non faceret, invidus esset, & nō summè bonus. & hoc ex simili adstruere conatur. Ait enim Aug. lib. 83. quest. 50. Deus quē genuit, quoniā meliorē se generare nō potuit (nihil enim Deo melius) debuit æqualē. Si enim voluit & nō potuit, infirmus est: Si autē potuit & noluit, invidus, &c. Sed non valet huius similitudinis inductio: quia Filium genuit de substantia sua. Ideo si posset generare sibi æqualem, & non gigneret, invidus esset. Alia verò quæ non de substantia sua facit, meliora facere potest. Ideo probatur quod meliorē rem possit facere quàm fecerit. Nam si nō posset, hoc ideo esset, quia creatura est summè bona. quod falsum est,

L ij

quia tūc creatori equalis esset. vel quia mai⁹ bonum quod ei deest, capere ipsa non valeat. Et hoc adhuc non obstat, quia capacitatem quæ deest, potest dare Deus. Potest ergo Deus meliorem rem facere quàm facit. Vnde Aug. sup. Gen. Talem potuit Deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec valeret. Et si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fecisse?

Homo potuit melior produci.

C A P. 2. *Deus non potest facere melius, id est meliori modo operandi.*

SI enim modus ad sapiētiam opificis referatur, nec alius, nec melior modus esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter, vel meliùs, quàm facit, id est, alia sapientia vel maiori sapientia. Nihil enim sapientiùs potest facere quàm facit. Si verò referatur modus ad rem ipsam quam facit Deus: dicimus quia alius & melior modus esse potest. Vnde. Augu. lib. 13. de Trinit. dicit quòd fuit alius modus nostræ liberationis possibilis Deo, quia omnia potest: sed nullus alius nostræ miseriæ sanandæ fuit conuenientior.

Possibilis fuit alius modus redemptionis

C A P. Tertium. *Deus omne quod potuit, nunc potest.*

PRæterea quæri solet vtrum semp possit De⁹ òne quod potuit. Quod quibusdā non videtur, quia potuit incarnari, mo-

ri, & resurgere: quæ nunc non potest. Sed dicendum, quod sicut omnia semper scit quæ aliquando sciuit, & semper vult quæ aliquando voluit, nec vnquã aliquã scientiam amittit: ita omnia semper potest quæ aliquando potuit, nec aliqua potentia sua vnquã priuatur. Vnde licet non possit modo incarnari, mori: non tamen priuatus est potentia incarnandi, &c. Sicut enim olim potuit incarnari: ita & modo potest incarnat⁹ esse. In quo eiusdẽ rei potetia mōstratur. Sicut nō est alia scientia, qua sciuit se resurrectorum, & qua nunc scit se resurrexisse: sed eadem est, licet diuerso modo significata: Ita eadem potentia Dei, qua potuit & potest, &c.

~~DE VOLVNTATE DEI,~~
& eius acceptione.

DISTINCT. Quadragesimæ quintæ
CAP. Primum.

Deus non dicitur Omnia quæ vult.

Licet sit idem Deo velle quod esse: non tamen dicendum est Deum esse omnia quæ vult. quod quidam sic obiciebant, dicentes: Si idem est Deo velle quod esse: ergo cum dicimus Deum velle omnia quæ facit, dicimus eum esse omnia quæ facit, quia velle & esse sunt idem, &c. Ad quod dicimus, quia licet idẽ penit⁹ sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici omnia quæ vult.

L. iij

Sicut idem est Deo esse quod scire: nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoque potest dici esse omnia. Vnde cum dicitur, Deus est volēs, essentia diuina quidem prædicatur: sed cum dicitur, Est volens omnia, nõ simpliciter prædicatur essentia: sed ita vt voluntati, quæ ipse est, omnia subiecta monstrantur: id est, Deus est, cuius volūtati (quæ ipsius essentia est) omnia subiecta sunt.

C A P. 2. Voluntas Dei, quæ est omnium causa, causa non est querenda.

HAec itaque summè bona volūtus causa est omnium quæ naturaliter fiunt, vel facta, siue futura sunt: quæ nulla præuenta est causa, quia æterna est. ideoque causa ipsius querenda nõ est. Qui enim causam ei⁹ querit, aliquid maius ea querit, quàm nihil maius ea sit. Vnde Aug. lib. 83. quæst. *quæst.* 28. Qui querit quare Deus voluerit mundum *28.* facere, causam querit voluntatis Dei. Omnis autè causa efficiēs maior est eo quod efficitur: nihil autem maius est Dei voluntate: non ergo eius causa querenda est. Idem in libro contra Manichæos. Quod autem voluntas Dei prima & summa sit causa omnium, testatur August. lib. 3. de Trinit. Nihil *Cap. 4* enim fit, quod non de interiori atque intelligibili aula summi Imperatoris egrediatur secundum ineffabilem substantiam, &c.

CAP. 3. *Voluntas Dei secunda.*

Voluntas Dei quanuis non sit diuersa, tamen diuersa loquutione in Scriptura nobis declaratur. Nam Voluntas Dei verè ac propriè dicitur, quæ in ipso est: & ip-
fius essentia est. & hæc vna est, nec multipli-
citatem recipit nec mutabilitatem, quæ in-

*Voluntas beneplaci-
ti Dei.*
Ps. 113. Omnia quæcūque voluit, fecit Dominus, &
Ro. 9. Apost. Voluntati eius quis resistit? & alibi: Ut
Ro. 12. probetis quæ sit volūtas Dei bona, & bene-
placēs, & perfecta. Et hæc volūtas rectè ap-
pellatur Beneplacitum Dei, siue dispositio.

Aliquando verò secundū quandā figuram dicēdi, Volūtas Dei vocatur, quod secundū proprietatē non est voluntas eius, vt præceptio, prohibitio, cōsiliū, permissio, & operatio. Ideoq; aliquādo pluraliter Scriptura vo-

*Volūtas si-
gni nō sem-
per imple-
tur.*
Ps. 111. lūtates Dei pronūciat. Vnde Psalm. Magna opera domini, exquisita in ōnes voluntates eius. quia diuersa sunt illa. Sicut misericordias domini dicit Proph. Singulariter quoq; Voluntas Dei illa dicuntur, quia sunt signa voluntatis diuinæ, & contra hanc voluntatem multa fiunt.

CAP. 4. *Deus non vult voluntatem suam signi semper impleri.*

Non est tamē intelligēdū, Deū oē illud fieri velle, quod cuiuscūq; præcepit, vel nō fieri quod phibuit. Præcepit enim

Abrahe immolare Filium, nec tamen voluit, nec ideo precepit ut id fieret, sed ut Abrahe probaretur fides. Et in Euag. precepit sanato ne cui diceret: ille autem predicavit vbiq; intelligens Deum non ideo prohibuisse, quin vellet opus suum predicari: sed ut daret formam homini laudem humanam declinandi.

DE VOLUNTATE QVO-
ad suos effectus.

DISTINCT. Quadragesime sextæ
CAP. Primum.

Voluntas Dei Beneplaciti semper impletur.

Dictum est in superioribus, quod voluntas Dei beneplaciti non potest cassari: quia illa voluntate fecit quæcunque voluit in celo & in terra: sed quæritur quomodo accipiendum sit quod Apostolus ait, Vult omnes homines saluos fieri: quum non omnes salui fiant, humana voluntate impediens voluntatem Dei: & Dominus in Euangelio, Quoties volui (ait) congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos sub alas, & noluisti? Ad hæc respondet Augu. in Enchirid. quod sensus huius, Vult omnes homines saluos, &c. est, quod nullus homo fit saluus, nisi quem vult saluum fieri: siue quod quicumque saluatur, Dei voluntate saluatur.

Questio.

Responsio.

1. Tim.

Matt.

23.

Ca. 98

Ca. 97 Ideo, inquit Aug. rogandus est, ut velit quod
 necesse est fieri, si voluerit. Sic & illud, quo-
 ties volui, &c. Non enim sensus est, quod
 voluerit, & non sit factum (ait Aug.) quod
 voluit, quia ipsa noluerit: sed quia noluit, ea
 nolente collegit quos voluit. Ideo dictum
 est, quoties volui congregare, & noluiisti? i.
 quotquot cōgregavi mea volūrate, te nolēte
 feci. & ad hunc sensum intelligitur illud Io-
 hannis 1. Illuminat omnem hominem ve-
 nientem in hunc mundum. non quod omnes
 illuminentur, sed quod nullus est illumina-
 tus, qui non sit ab ipso illuminatus, &c.

C A P. 2. *Mala culpæ Deus fieri non vult,
 non vult tamen ea non fieri.*

Q Vidam dicunt Deū mala velle esse &
 fieri: sic disputātes: Primò, si deus ea
 nollet fieri, nō fierent: quia eius volūtati ne-
 mo resistere potest. Secundò, vult deus vel
 mala fieri, aut non fieri. Si vult non fieri, non
 fiunt: sed illa fiunt, vult ergo illa fieri. Tertio,
 bonum est mala esse vel fieri: alioqui summè
 bonus non permetteret ea fieri: ergo vult il-
 la fieri.

Alij autem dicunt Deum mala non velle
 fieri vel esse. & præmissis rationibus respon-
 dent Deum nec velle mala fieri, nec velle nō
 fieri, vel nolle fieri, sed tantum non velle fie-
 ri: quia si vellet ea fieri vel esse, faceret ea fie-
 ri vel esse: & ita esset author malorum.

Joan. 1.

7A. 1

Itē, si nollet fieri, vel vellet non fieri, & tamen fierent, omnipotens non esset: quum eius voluntas humanæ voluntatis effectu impediretur. Idēoque non cōcedunt Deum velle mala fieri, ne author malorum Deus intelligatur: nec concedunt eum velle mala nō fieri, ne impotēs esse videatur: sed tantūm dicūt eum non velle mala fieri. Vnde Ioh. 1. dictū est, ~~Sine ipso factū est nihil. i. peccatū.~~

Peccatum non dicit per eum factum esse, vel eo nolente: sed tantūm sine eo, id est sine eius voluntate.

Quōd autem dicit August. in Enchirid. *ca. 69.* mala esse, bonum est, intelligendum est quōd *R. 8.* ex malis De^o bona elicit. Vnde dicit Aposto-
lus, Omnia cooperantur in bonum. Vel iis qui faciunt, vt August. dicit lib. de Correct. *cap. 7.* & Grat. vsque adeo Deus cooperatur in bonum, vt si qui eorum deuiant, etiam hoc ipsum faciat eis proficere in bonum: quia humiliores redeūt atq; doctiores, vt Petrus.

Quōd verō Deus non sit author mali culpæ testatur August. lib. 83. Quæst. vbi dicit, quōd Deo authore homo non fit dete- *9. 4.*
rior, nec fiunt mala Deo volente: quia ipse non est causa tendendi ad non esse: tendere enim ad non esse, malum est. Ipse autem author mali non est. Tendit verō ad non esse, qui operatur malum. non est igitur causa deficiendi, &c.

Non
lib. 2. on 352.
l. 1. 8. on
35. f. 155. a.

dum author
mali

IN PRIM. LIB. 86
DE VOLUNTATIS DIVI-
næ efficaci impletione.

DISTINCT. 47. CAP. Vnicum.

*Voluntas Dei efficax in homine sem-
per impletur.*

Voluntas quippe Dei semper efficax
est, vt fiat omne quod velit, & nihil fiat
quod nolit. quæ de homine semper
impletur, quò cūque se vertat. Illa enim vo-
luntas (ait August. in Eochirid.) semper im-
pletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis
impletur, sed tamē nō implemus eam quan-
do peccamus. Hoc autem ipso quòd contra
eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est
voluntas eius. à nobis impletur, quando bo-
num facimus.

*Voluntas
Dei de ho-
mine pec-
cāte imple-
tur quādo
punitur.*

Sed quomodo cōtra Dei voluntatem ali-
Ro. 9. quid fieri dicitur? Dicitur enim voluntati
eius nihil resistere. Dicendum, quòd fit ali-
quid cōtra eius vel præceptionem vel prohi-
bitionem, sed non cōtra eius voluntatē, quæ
ipse est: nisi dicatur contra eam aliquid fieri,
quia præter eam fit. quod notat Aug. dicēs:
Quātū ad ipsos attinet, quòd Deus noluit fe-
cerunt: quātum verò ad omnipotētiā Dei,
nullo modo id facere valuerūt. quasi dicat:
Fecerunt contra Dei præceptum, quod ap-
pellatur voluntas: sed non fecerunt contra
Dei voluntatem omnipotentem: quia hoc

Obiectio.

Dilutio.

non valuerunt, &c. Et sic patet quòd voluntas Dei, quæ ipse est, inuicta semper permanet: voluntas autem signi non semper impletur. neque ideo præcepit omnibus bona, vel prohibuit mala, vel consuluit optima, quæ vellet ab omnibus bona quæ præcipit, fieri, vel mala quæ prohibet, vitari. Si enim vellet, utique fieret: sed ut iustitiam suam hominibus ostenderet, & mali essent inexcusabiles, &c.

DE CONFORMITATE
Voluntatis humanæ ad
Diuinam.

D I S T I N C T. Quadragesimæ octauæ
C A P. Primum.

*Non omnis voluntas quæ non vult quod
Deus vult, est mala: vel quæ
vult quod Deus vult,
est bona.*

Sciendum quoque est quòd aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod Deus vult fieri: & aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis quam Deus. Ut enim bona sit voluntas hominis oportet attendere quid congruat ei velle, & quo fine. vnde August. in Enchirid. Aliquando bona voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult, bona multò amplius multoque certius voluntate. Nam illius mala voluntas ca. 101.

nullo vnquam modo esse potest. Tāquam si bonus filius velit patrem viuere, quem deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, vt hoc velit homo voluntate mala, quod deus vult bona: velut si malus filius velit patrem mori, velit etiam hoc Deus.

CAP. *Secundum. Voluntas Dei bona,
mala hominum voluntate
impletur.*

Iudæi enim quem Deus bona voluntate mori voluit, impia voluntate crucifixerūt. & volebant quidem Iudæi mala voluntate, quod Deus bona volebat. Vnde actum Iudæorum non voluit deus, sed passionem Christi voluit. sic Psal. dicit, Tu cognouisti sessionem meam. id est passionem meam.

Si dicas: Si voluit vt pateretur, vel id voluit à Iudæis fieri, vel non. si voluit vt non pateretur à Iudæis: igitur factum est, quod voluit deus non fieri. si voluit vt à Iudæis pateretur, ergo voluit eum ab illis occidi.

Sciendum quòd volebat quidem passionem, tanquam nobis salutiferam: sed nolebat Iudæorum actionem, quæ mala erat. Vnde August. in Enchirid. Deus quasdam voluntates suas vtique bonas implet per malorum hominum voluntates malas: sicut per maleuolos Iudæos bona voluntate patris, Christus pro nobis occisus est. quod tantum

bonum fuit, vt Apostolus Petrus, quando id fieri nolebat, Sathanas ab ipso qui occisus est, diceretur.

*Sancti viri
qualiter cu
piebāt Chri
stum pati
et Mar-
tyres.*

Sic patet quomodo viri sancti cupierunt Christum pati & occidi amore redemptionis nostræ, & impletionis diuinæ voluntatis, sed non dilectionis passionis & mortis Christi. Vnde eodem lætabantur & tristabantur.

Quo fit etiam vt passiones Martyrum possimus & velle & nolle, & vtrūque bona voluntate, si rectos nobis proponamus fines.

Vnde August. in Enchirid. Bonæ apparebāt voluntates piorum fidelium, qui nolebant Apostolum Paulum pergere Hierusalem, ne ibi pateretur mala quæ Agabus Proph. prædixerat. & tamen hoc illum Deus pati volebat pro annuncianda fide Christi, exercens martyrem Christi, &c. & ideo is cui hoc sine placebat passio Pauli, bonam voluntatem habebat. ca. 101.
act. 21.

*Explicit Epitome in primum Librum
Sentent. mag. Petri Lombardi.*

EPITOME IN SECVNDVM.

DE CREATIONE VNIVERSI
DISTINCT. I. CAP. Primum.

*Deus est vnicum omnium rerum ex
tempore creationis principium.*